

AZ ORSZ. SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR KIADVÁNYAI
(EDITIONES BIBLIOTHECAE SZÉCHÉNYIANAE MUSAEI
NATIONALIS HUNGARICI)
SZERKESZTI TOLNAI GÁBOR

XXVI.

LIBRI LITURGICI
MANU SCRIPTI
BIBLIOTHECARUM HUNGARIAE

RECENSUIT:
D. DR. POLYCARPUS RADÓ O. S. B.

BUDAPESTINI 1947.

SUMPTIBUS MUSAEI NATIONALIS HUNGARICI

Magyarország időszaki sajtójának könyvészete

Szerkeszti: Dezsényi Béla.

Kiadja a Magyar Nemzeti Múzeum Országos Széchényi Könyvtára.

1. A magyar hírlapirodalom első százada. (1705—1805.) Összeállította *Dezsényi Béla*.
Ára 5 Ft
2. A magyar hírlapirodalom 1806-tól 1866-ig. Összeállítja *Dezsényi Béla*.
Előkészületben.
3. A magyar időszaki sajtó 1867-től 1910-ig.
4. Magyarország időszaki sajtója 1911-től 1920-ig. Összeállította *Kemény György*. Budapest, 1942.
Ára 34 Ft
5. Magyarország időszaki sajtója 1921-től 1935-ig. Előkészületben.
6. Magyarország időszaki sajtója 1936-tól 1940-ig. Összeállította *Mokcsay Júlia*. Előkészületben.
7. A magyar időszaki sajtó a román uralom alatt. 1919—1940. Összeállította *Monoki István*. Budapest, 1941.
Ára 16 Ft
8. A magyar időszaki sajtó Csehszlovákiában.
9. A magyar időszaki sajtó Jugoszláviában.
10. Az időszaki sajtó magyar és magyarvándorozási irodalma. A magyar hírlapirodalom történetének forrásai. Összeállítják *Szemző Piroska* és *Dezsényi Béla*. Előkészületben.

Magyarország időszaki sajtójának könyvészete 1941-től kezdve öt-öt évet felölelő kötetekben fog megjelenni.

MAGYAR NEMZETI BIBLIOGRAFIA

BIBLIOGRAPHIA HUNGARICA

Havonta megjelenő füzetekben folyamatosan
számantarja a magyar könyvtermelést

NEGYEDÉVES MELLÉKLETE:

MAGYAR FOLYÓIRATOK REPERTORIUMA

REPERTORIUM BIBLIOGRAPHICUM

PERIODICORUM HUNGARICORUM

ÁRA FÜZETENKINT MELLÉKLETTEL EGYÜTT 10 FT

ÉVI ELŐFIZETÉS 100 FT

LAZARUSZ ADÓSI
SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
TÁJÉKOZTATÓ KÖNYV

(EDITION) BIBLIOTHECA
SZÉCHÉNYIANAE MUSAEI
(BIBLIOTHECA) HUNGARICAE
MUSEI

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

1927

1927
KÖNYVTÁR

AZ ORSZÁGOS
SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR
KIADVÁNYAI

(EDITIONES BIBLIOTHECAE
SZÉCHÉNYIANAE MUSAEI
NATIONALIS HUNGARICI)

SZERKESZTI:
TOLNAI GÁBOR

XXVI.

BUDAPEST
EGYETEMI NYOMDA
1947

LIBRI LITURGICI
MANUSCRIPTI
BIBLIOTHECARUM HUNGARIAE

TOMUS I.

LIBRI LITURGICI MANUSCRIPTI
AD MISSAM PERTINENTES

RECENSUIT:

D. DR. POLYCARPUS RADÓ O. S. B.

Országos Széchényi Könyvtár


BUDAPESTINI
SUMPTIBUS MUSAEI NATIONALIS HUNGARICI

1947

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

10.125/26



SUMMARIUM.

	Pagina
Praefatio	3
Abbreviationes	8
Tabellae comparationi inservientes	12
I. Sanctorale Gelasiano-Gregorianum	12
II. Tab. Patroni dioecesium et capitulorum Hungariae	13
III. Tab. Festa peculiaria Hungariae	15
IV. Tab. Festa specialia Ordinis S. Pauli primi eremitae	16
V. Tab. Specialia in lectionibus missae	16
VI. Tab. Specialia officii divini	17
VII. Officia S. Stephani regis	18
VIII. Tab. Officium S. Ladislai regis	19
IX. Officia S. Emerici ducis	20
X. Tab. Officium S. Elisabeth	21
XI. Tab. Psalterium usuale	22
XII. Tab. Praeparatio ad missam	23
XIII. Tab. Orationes ad indumenta	23
XIV. Tab. Missa catechumenorum	24
XV. Tab. Ritus offertorii	24
XVI. Tab. Ordo in purificatione B. M. V.	25
XVII. Tab. Ordo in die cinerum	25
XVIII. Tab. Ordo in ramis palmarum	26
XIX. Tab. Ordo feriae VI. in parasceve	27
XX. Tab. Ordo in sabbato sancto	28
I. PARS. LIBRI LITURGICI MANU SCRIPTI AD MISSAM PERTINENTES	30
1. Sacramentaria	30
1. Sacramentarium Gelasianum (fragmentarium) Italiae Septentrionalis (saec. VIII.) (Mus. Nat. c. l. m. ae. 441)	30
2. Sacramentarium O. S. B. Boldvense (codex Prayanus; 1192—1195) .	31
2. Missalia	58
3. Missale (fragmentarium) saec. XI.	58
4. Missale (fragmentarium) saec. XII.	59
5. Missale (fragmentarium) saec. XII.	59
6. Missale ecclesiae Hungaricae saec. XIII.	59
7. Missale dioecesis Strigoniensis ecclesiae S. Paulini saec. XIV.	66
8. Missale Hungariae Superioris saec. XIV.	67
9. Missale capituli Scepusiensis saec. XIV.	69
10. Missale ecclesiae Hungaricae saec. XIV.	73
11. Missale Posoniense (codex „A“) saec. XIV.	77
12. Missale Posoniense (codex „B“) saec. XIV.	85

13. Missale Poseniense (codex „C“) saec. XIV.	87
14. Missale Poseniense (codex „H“) saec. XIV.	88
15. Missale itinerantium saec. XIV. Hungaricum	95
16. Missale (fragmentarium) ecclesiae Hungaricae saec. XIV.	97
17. Missale (fragmentarium) ecclesiae Hungaricae saec. XIV.	98
18. Missale (fragmentarium) ecclesiae Hungaricae saec. XIV.	98
19. Missale (fragmentarium) O. S. Pauli eremitae in Hungaria (saec. XIV.)	99
20. Missale O. S. Augustini dioecesis Pataviensis Austriacae saec. XIV. ...	101
21. Missale itinerantium Pataviense (saec. XIV.)	103
22. Missale Spalatense cum kalendario O. Praed. saec. XIV.	104
23. Missale ecclesiae Soproniensis ex anno 1363	107
24. Missale ecclesiae Polonicae 1379	111
25. Missale S. Benedicti iuxta Gronn ex anno 1394	114
26. Missale Ord. Praedicatorum (saec. XIV.) cum Proprio Hungarico (saec. XV.)	119
27. Missale Poseniense (codex „D“) saec. XV.	121
28. Missale Poseniense (codex „E“) saec. XV.	124
29. Missale Poseniense (codex „I“) saec. XV.	126
30. Missale itinerantium eremitarum S. Pauli (saec. XV.)	132
31. Missale itinerantium O. Fratrum Minorum (saec. XV.)	134
32. Missale (fragmentarium) ecclesiae Hungaricae (saec. XV.)	135
33. Missale (fragmentarium) ecclesiae Hungaricae saec. XV.	136
34. Missale cathedralis Salzburgensis saec. XV.	137
35. Missale Romanum saec. XV.	142
36. Missale Capellae S. Catherinae arcis Pfannberg dioec. Salzburgensis (saec. XV.)	143
37. Missale itinerantium (saec. XV.)	146
38. Missale O. Cist. monasterii Aquae frigidae in Lombardia (saec. XV.) ...	146
39. Missale O. S. B. Montis Cassini ex anno 1418	149
40. Missale-antiphonale aurifabrorum Vacensium (1423)	153
41. Missale Strigoniense archiepiscopi Georgii Pálóczi (1423—1439)	154
42. Missale itinerantium dioecesis Pataviensis ex anno 1459	159
43. Missale itinerantium O. S. Aug. de Ewich ex anno 1471	161
44. Missale secundum chorum Wratislawiensem ex anno 1476	162
45. Missale Poseniense (codex „F“) 1480	165
46. Missale Poseniense (codex „G“) 1488	166
47. Missale in usum Balth. Batthyány capitanei de Kőszeg 1489	169
48. Missale ecclesiae cathedralis Pragensis ex anno 1492	172
3. Lectionaria missae	176
49. Evangelistarium Szelephényianum saec. XI.	176
50. Evangelistarium dioecesis Leodiensis saec. XI.	181
51. Lectionarium missae (fragmentarium) ecclesiae Hungaricae saec. XII.	184
52. Evangelistarium (fragmentarium) Neocellense saec. XV.	184
53. Lectionarium missae O. S. Aug. dioecesis Salzburgensis saec. XV.	185
54. Evangelistarium, benedictionale S. Montis Pannoniae O. S. B. saec. XV. et 1515/6	187
Index personarum	190
Index realis	209

PRAEFATIO.

De scopo suscepti operis breviter dicturi, monere debemus venerabilem virum JOS. DANKÓ, olim praepositum Capituli Poseniensis (+1895) iam enuntiasse „desse librum e quo omnia ad varios Ecclesiae Hungariae ritus spectantia sumere possemus et comparare“.¹ Etsi vir memoratus fatebatur, se de eiusmodi libro compilando saepe meditasse, tamen „a suscipiendo huiusmodi grandi et diuturno labore“ abstinuit. Opere hoc nostro prima vice praebetur liber, e quo antiqua liturgia Hungariae in monumentis reperta erui potest. Ast insuper in edendo hoc opere aliquantulum pluris nobis proposuimus: una cum codicibus liturgicis originis Hungaricae simul recensemus omnes libros manu scriptos liturgicos cuiuscunque originis, qui in bibliothecis Hungariae reperiuntur. Opus nostrum ergo est *catalogus omnium manuscriptorum liturgicorum in Hungaria existentium*.

Ut „minimum inchoationis opus“² anno 1941 edidimus libellum, de quo scripsimus³ esse hoc „opusculum praesens tantum initium prodromusque operis maioris, quod Deo favente editurus sum“. Opere praesenti maiore volumus tractare huius memorati opusculi primam partem, in isto „Indice“ tantum summis apicibus indigitatam: libros liturgicos manu scriptos omnes, qui in bibliothecis *actualis* Hungariae (1944) ad nostram notitiam pervenerunt. Ut patet, intelligimus manuscripta liturgica medii aevi, quod nostra opinione usque ad tempora concilii Tridentini extendendum est, quod rem liturgicam attinet.

Lubet nunc proponere *methodum systemaque a nobis statuta* seduloque servata. Principia methodica, ut pedissequi, inprimis hausimus ex bene notis editionibus cl. VICTORIS LEROQUAIS, in indaganda liturgiae historia iure meritoque celeberrimi;⁴ deinde e monitis pretiosis THEODORI KLAUSER, qui editioni catalogorum liturgicorum specialium theoriam texuit,⁵ item e libris CUNI-

¹ Vetus Hymnarium ecclesiasticum regni Hungariae, Budapestini 1893, 5.

² Regula Monachorum S. Benedicti cap. LXXIII.

³ Index codicum manu scriptorum liturgicorum regni Hungariae. (Az Országos Széchényi Könyvtár kiadványai XIV.) Budapest 1941, 1 p.

⁴ Les sacramentaires et les missels manuscrits des bibliothèques publiques de France, Paris 1924, 3 tomi; Les bréviaires des bibliothèques publiques de France, Paris 1934, 5 tomi; Les pontificaux manuscrits des bibliothèques publiques de France, Paris 1937, 3 tomi; Les psautiers manuscrits des bibliothèques publiques de France, Paris 1939.

⁵ Repertorium liturgicum und liturgischer Spezialkatalog. Vorschläge zum Problem der liturgischen Handschriften, Zentralblatt für Bibliothekswesen 53 (1936) 2—16.

BERTI MOHLBERG;¹ demum iugiter prae oculis habui etiam alias editiones novas et veteres.²

Principia haec methodica sequentia fere sunt: Obiectum formale nostrae inquisitionis est *praeprimis liturgicum*, et quidem historicum. Assumuntur ergo etiam codices „collectanei“, quorum pars tantum habet textus liturgicos; e. gr. codex Musaei Nationalis c. l. m. ae. 361., qui praeter Missale pro Monte Cassinensi scriptum continet etiam glossas hymnorum, dein Hugonem a S. Victore de abusioibus claustralibus, item benedictionem nubentium et alia liturgica; deinde epigrammata Prosperi Aquitani; dein Ps. Prosperi Poema coniugis ad uxorem; dicta Catonis; et glossas super ferialia cantica. Ut patet secundum nostrum obiectum formale assumuntur e codice mere liturgica; cetera non curamus; quod forsitan inquisitoribus codicologiae, vel bibliographiae non placebit.³ — Ideo etiam non potuimus curare philologicam exactitudinem quoad *orthographiam et transscriptionem* abbreviationum. Optime scimus regulas exactae publicationis, sed nostrum obiectum formale liturgico-historicum non sinit hoc, nam volumus textus publici iuris facere, quos investigatores sine difficultate legere possint. En affero speciminis instar textum Ps. 91. exacte publicati sine ulla transscriptione e codice manuscripto Bibliothecae O. F. Minorum Gyöngyösiensi (cod. lat. 2. fol. 27): „Qui hitat dicet dño sus Qm ipse libe Scapulis suis scuto cumda vitas eig A sagitta volante Cadent a late' tuo V'm i ocul' Qm tu es dne Nō accedat Qm angli In maibg Sup aspi Qm in me sperau Clama⁶ i me et ego Longitu die 2µ Glo.“ Aliud exemplum: textus rubricalis e codice Universitatis Budapestinensis (A. 104. fol. 227): „nō dn̄r vesp^o mortuo 2µ nec ult^o d'r offm̄ P defūctis us 3 pt oct'am peñt Cōpletori^m de bta uGINE d'r. s 3 decet'o no d'r offm̄ btē v'ginis us 3 ad vespas sabb'i pt pasca Hys tribus dieb 3 ebdōaria omib 3 alijs pt'missis absolute icipiat antyph' a3 p'mi ps. It antyph'e matutinales 7 uespo 2µ dn̄r sic i festo duplici psi dn̄r sñ Gl'a p. pōs hor.“ Candide fateor me non videre rationem, cur publicentur textus liturgici tali modo. Abbreviationes ergo bene notae et consuetae sine ulla adnotatione transscribuntur; quando abbreviatura magis individualis est, tunc uncinis clauditur id, quod per nos suppletum est, e. gr. textus: „Hic Jdm asgn^t ppli“ iam sic transscribitur:⁴ „Hic J(i) d(e)m as(sig) (na) nt(ur) p(o) p (u) li.“ Ceterum per se patet orthographiam originalem uniuscuiusque codicis a nobis intactam relictam esse.

Obiectum hoc formale liturgicum secum fert *liturgiae considerationem ut aliquid completum*, totum: quanto pluris praebere desiderantes, in genere orationum tantum „*initia*“ *allegamus*, non curantes „*lectionum variantium*“ philologicam exactitudinem; agitur enim de textibus viris peritis cognitis. Textus minus notos, vel, quantum iudicare potuimus penitus ignotos, in extenso publicamus. Sic magis habuimus locum ad publicandum multa liturgica; ritus maioris momenti in sua connexione cognoscuntur. Neminem sane latebit post inspectio-

¹ Praesertim: Ziele und Aufgaben der liturgiegeschichtlichen Forschung' Münster i. W. 1919.

² Fere eas, quae leguntur apud Ph. Oppenheim, Institutiones systematico-historicae in sacram liturgiam, Taurini-Romae, 1940, vol. 5, 46—48.

³ Codices Musaei Nationalis ceterum non indigent tali tractatione, nam in egregio opere E. Bartoniek, Codices manu scripti latini, I. Codices latini medii aevi, Budapestini 1940, omnes inveniuntur.

⁴ Textus benedictionis virgarum in die S. Innocentium in Bibliotheca Academiae Scientiarum Miss. Strigon. 1511, tabula anteriore; cf. Theologia 1943, 259.

nem operis huius, nos nunquam mutasse textum aliquem, „non curantes lectiones variantes“, sed solummodo non eas allegavimus, quando tantum initia adnotamus textuum.

Specialitates *anni liturgici* sedulo notantur; in specie: ritus tridui sacri; benedictiones maiores anni ecclesiastici: benedictiones candelarum, palmarum, cineris; notantur etiam cum textu suo „*ludus liturgici*“ in codicibus contenti.¹ Item notamus *rubricas*, quae aliquid novi praebere videntur nobis; inter eas, quae consuetudines, allusiones ad *locales traditiones* exhibent; ideo notantur nomina in codicibus, Ordine missae, in orationibus sollemnibus, litanii omnium sanctorum occurrentia; ritus ordinis missae ubique examini subiicimus. *Ritus baptismi, sepulturae, extremae unctionis, benedictionis nubentium* fere semper e codicibus publicamus, secundum nostram methodum textus in genere tantum per initia allegantes et remittentes ad tabulas comparativas, ubi opus sit. *Psalterii* dispositionem, *responsoria* dominicarum Adventus et tridui sacri; item *officia* prosaica et rhythmica Sanctorum Hungariae semper adnotamus.

Sanctorale codicum liturgicorum specialis curae nobis fuit. Omnium codicum, in hoc opere examini subiectorum, Kalendarium publicamus *praetermissis* tantum *Sanctis*, qui inde a saeculo IX—X. iam in *Kalendaris Gelasiano et Gregoriano continentur*: etiam in hoc, ut TH. KLAUSER iudicat, merito,² vestigia cl. V. LEROQUAIS sequentes; conferatur Tab. I. inter „Tabellas comparationi inservientes“. In hoc Kalendario notantur etiam festa, quae tantum in corpore codicis, in Proprio Sanctorum occurrunt; asterisco distincta a festis in Kalendario notatis.

Etsi nostrum obiectum formale liturgicum esset, tamen non prorsus negleximus alios textus: *Textus evolutionem historiae dogmatum* illustrantes, praesertim consecrationem per inmixtionem, communionis parvulorum, quaestionem de instanti consecrationis allegavimus. Ex *adnotationibus historicis*, sive propria, sive aliena manu scriptis, exacte adnotamus, quidquid mentione dignum videbatur, aliqui enim codices scatent notis.

In fine libri instar Appendicis adiicimus *Repertorium hymnologicum* omnium codicum in hoc opere contentorum, ita ut thesaurus hymnologicus codicum in bibliothecis Hungariae servatorum cognitus fiat. *Alias quoque Tabulas* in fine operis necessarium duximus: *Indicem personarum* (et Sanctorum), *Indicem realem*; *Initia textuum*; *Conspectum omnium codicum*, *Conspectum bibliothecarum*; demum *Conspectum codicum secundum originem* concinnatum.

Breviter loquentes de *executione „technica“* publicationis, codices *accurate describuntur*, eorum materia, formatum, scripturae, species, tempus scriptiois, ligaturae indoles, notantur notae musicae et illuminatura codicis. Deinde secundum necessitatem plus-minus breviter adiicimus *inquisitionem criticam* manuscripti, in qua primo inquirimus de *possessoribus* actualemente antecedentibus, dein de *scriptore* amanuensi codicis, item de *provenientia*, seu origine libri, ubi — in quantum inquiri potest — cum regio, tum ecclesia, vel ordo religiosus detegitur codicis; demum allegamus, si quae sint, *adnotationes*; adiungentes *bibliographiam* codicis. Post haec tantum sequitur *accurata analysis codicis*: in qua divisiones et omnes subdivisiones alicuius momenti cum titulo in codice scripto, vel „*Incipit*“ allegantur; argumentum alicuius partis semper numeris foliorum codicis notatur.

¹ Sec. intentiones egregii operis K. Young, *The drama of the medieval Church*, 2 vol. Oxford 1933.

² *Zentralblatt für Bibliothekswesen* 1936, S. 12.

Textus originales codicis duplici modo signantur, quod in libro Latine scriptum opportunum videtur: et signo citationis: „...“ et litteris cursivis, seu Italicis.

Imponamus tandem finem relationi factae de nostra methodo, rationem reddentes *de divisione huius operis*. Quatuor partes complectitur praesens dilucidatio: *Prima parte* recensemus codices liturgicos *ad missam pertinentes*: *Sacramentaria* — *missalia* — *lectionaria missae*. *Secunda parte* libros liturgicos *ad officium chori pertinentes*: *Psalteria* — *breviaria* — *lectionaria chori* — *et promptuaria*, i. e. codices, qui plene non possent haberi libri liturgici, tamen nondum sunt „libri horarum“ (livre d'heure) mere usui privato deservientes. *Tertia parte* complectuntur codices liturgici *ad liturgiam sacramentalem pertinentes*: *Pontificalia*, i. e. codices, in quibus primarie functiones pontificales, ut ordinatio, confirmatio, consecrationes tractantur — *libri rituales* — *ordinarii*, i. e. libri liturgiam dirigentes, „directoria“, seu consuetudines. *Quarta parte* recensemus codices *musicae sacrae*, qui sane potuissent etiam in partes antecedentes inseri, tamen cum quoad maiorem partem notas musicas continentes cantui liturgico inserviebant, merito constituunt classem ab aliis separatam. Hic notantur *Gradualia* i. e. libri cantuales missae inservientes — *antiphonaria*, i. e. ad officium chori pertinentes — *cantionalia*, i. e. libri cantui destinati, varii argumenti.

*

Haud parum insudavimus longa per tres annos itinera faciundo, bibliothecas, quae manuscripta liturgica habere possent, adeundo, codices hos colligendosque methodo critica investigando. Nil iam nobis remanet, quam *enumerare bibliothecas* a nobis perlustratas; inter parentheses ponendo nomina virorum, qui adiumento nobis fuerunt, hocce obsequio debitum gratitudinis illis libentissime persolventes. — *Agria*: Bibliotheca Dioecesis (Dr. Paul. Schmotzer), *Bibl. Cisterciensium* (Dr. Lud. Lékai), *Bibl. O. F. Minorum* (Leo Herr), *O. F. M. conventualium* (Jos. Tirpók), *Servitarum* (P. Pösch), *Seminarii Maioris* (Dr. Jos. Tóth); *Budapestini*: *Bibl. Academiae Scientiarum* (Dr. Paul. Török), *Archivum Comitatus Pestinensis* (Dr. Jos. Fára), *Bibl. Civitatis* (Fővárosi Könyvtár: Dr. Ant. Dávid), *Bibl. Regnicolaris Széchényiana Musaei Nationalis* (Dr. E. Bartoniek), *Bibl. O. F. Minorum Budensis* (Ferd. Kaizer), *Bibl. O. F. Minorum Pestinensis* (Wolfg. Pfleger), *Bibl. Musaei Historici* (M. Tört. Múzeum Iparművészeti osztálya: Wladimir. Kőszeghy), *Bibl. Universitatis* (Dr. Jo. Pasteiner); *Cassoviae*: *Bibl. Episcopalis* (Dr. Stephanus Madarász), *Bibl. Civitatis* (Erő Mátyásné), *Archivum Civitatis* (Mar. Rédeky), *Musaeum Hungariae Superioris Rákócianum* (Alex. Mihalik), *Bibl. Academiae Jurisprudentiae* (Elis. Bodnár), *Bibl. O. Praedicatorum* (Matth. Fehér), *Bibl. Praemonstratensium* (Dr. Aemil. Buczkó), *Bibl. Seminarii Maioris* (Dr. Jos. Nagy), *Claudiiopolis*: *Bibl. Collegii Helvetici* (Lad. Gőnczy), *Bibl. Collegii Unitarii* (Albr. Márkos), *Bibl. Lycaeii Catholicii* (Dr. Lud. György), *Bibl. Musaei Transsilvan.* (Dr. Géza Sajó), *Bibl. O. F. Minorum* (Dr. Anacl. Gurzó), *Bibl. Parochiae* (Dr. Adalb. Baráth). *Colocae*: *Bibl. Metropolitana* (Dr. Colom. Timár), *Bibl. Soc. Jesu* (Dr. Alois. Tüll); *Csáksomlyó*: *Bibl. O. F. Minorum* (Dionys. Szócs); *Csornae*: *Bibl. Praepositurae O. Praem.* (Dr. Tiburt. Lakos); *Debrecini*: *Bibl. Collegii Helvetici* (Dr. Lad. Lukács), *Musaei Déry* (Dr. Jo. Sőregi), *Bibl. Piaristarum* (Dr. Petr. Vass), *Bibl. Universitatis* (Dr. Georg. Szabó); *Gödöllő*: *Bibl. O. Praem.* (Dr. Astric. Gábriel); *Gyöngyösinis*: *Bibl. O. F. Minorum* (Dr. Innocent. Dám); *Jászóvár*: *Bibl. Praepositurae O. Praem.* (Dr. Cornel. Lági); *Jaurini*: *Bibl. Seminarii Maioris* (Dr. Victor Villányi), *Bibl. O. S. B.* (Dr.

Urb. Berta); Kecskemét: Archivum Civitatis (Dr. Jos. Garzó), Bibl. Civitatis (Dr. Ambros. Szabó), Bibl. Collegii Helvetici (Thom. Soós), Bibl. O. F. Minorum (Jo. Saly); Keszthelyini: Bibl. Princ. Festetich (Dr. Tib. Ant. Horváth); Kiskunfélegyháza: Archivum Civitatis (Nic. Szabó), Musaeum et Bibl. Civitatis (Colom. Pál); Körmendini: Archivum Princ. Batthyány et Bibl. Castelli Batthyány (Dr. Adalb. Iványi); Kőszeg: Archivum Civitatis (Dr. Aladár Visnya), Bibl. O. S. B. (Dr. Roman. Rezek), Bibl. Parochiae (Dr. Lad. Székely); Marosvásárhely: Bibl. Collegii Helvetici (Bened. Kováts), Bibl. O. F. Minorum (Dr. Carol. Imets), Bibl. O. F. Minorum (Clem. Révai), Bibl. Parochiae (Árpád Bendy), Bibl. Telekiana (Dominic. e comitibus Teleki); Mons Pannoniae (Pannonhalma) Bibl. O. S. B. (Jo. Ternyey); Nagykanizsae: Archivum Civitatis (Nic. Klapper), Bibl. et Musaeum Civitatis (Jos. Grujber), Bibl. Piaristarum (Steph. Barta); Bibl. O. F. Minorum (Dr. Aemil. Pichler); Quinqueecclesiis: Archivum Civitatis (Mart. Vörös), Bibl. Cisterciensium (Alois. Ispánovits), Bibl. O. S. Joannis de Deo (Dr. Andr. Kiss), Bibl. O. F. Minorum (Alphons. Eördögh), Bibl. Seminarii Maioris (Dr. Adalb. Grund), Bibl. Episcopalis et Universitatis (Dr. Ferd. Winis); Rosnaviae: Bibl. Episcopalis (Dr. Robert. Pobozsny); Sabariae: Archivum Capituli Vasváriensis (Dr. Lud. Kiss), Bibl. Associationis Culturalis (Vasvármegyei Kultúregyesület), Bibl. O. Praemonstr. (Arnold. Pákay), Bibl. Cathedralis (in Seminario Maiore: Dr. Jul. Géfin), Bibl. Cardinalis Herzán (Dr. Jul. Géfin), Bibl. O. F. Minorum (Dr. Alex. Szabó), Bibl. O. Praedicatorum (Ernest. Dániel); Sárospatakini: Bibl. Collegii Helvetici (Dr. Jos. Gulyás), Bibl. Parochiae (Andr. Pintér); Sátoraljaújhely: Archivum Civitatis (Dr. Car. Radnai), Archivum Comitatus Zempliniensis (Tib. Meczner); Sopronii: Archivum Civitatis (Dr. Eugen. Házi), Archivum Comitatus Soproniensis (Desider. Sümeghy), Archivum Conventus Evangelici (Jul. Hamar), Archivum Conventus Cath. et Bibl. Parochiae (Colom. Papp), Thesaurus eccl. S. Michaelis (Colom. Papp), Bibl. O. Pradicatorum (Ernest. Dániel), Bibl. O. S. B. (Steph. Nelky), Bibl. Lycaeii Evangelici (Dr. Sam. Németh), Bibl. Facultatis Theol. Universit. Elisabethinae Evangelicae (Steph. Ferdinánd); Strigonii: Bibl. Metropolitana (Dr. Michael Zákonyi), Bibl. O. F. Minorum (Leonhard. Pethő), Bibl. O. S. B. (Zoerard. Vértes), Bibl. Simor (Dr. Car. Gigler); Thesaurus eccl. Metropolitanae (Dr. Ant. Lepold). Szegedini: Bibl. O. F. Minorum (Claud. Luptovics), Bibl. O. F. Minorum Conv. (Barn. Konkoly), Bibl. Piaristarum (Mich. Csonka), Bibl. Seminarii Maioris (Emer. Németh), Bibl. Somogyiana Civitatis (Dr. Mich. Szőke), Bibl. Soc. Jesu (Dr. Ant. Fábry), Bibl. Universitatis (Emer. Moldoványi); Székelykeresztur: Bibl. Collegii Unitarii (Emer. Killyényi); Székelyudvarhely: Bibl. Collegii Helvetici (Wladim. Nagy), Bibl. Gymnasii Cath. (Adalb. Jancsó), Bibl. O. F. Minorum (Hippol. Décsy); Szolnokini: Bibl. O. F. Minor. (Polyc. Szabó); Vaciae: Musaeum Civitatis (Mart. Bán); Bibl. Episcopalis (Dr. Mich. Vaszary); Bibl. Seminarii Maioris (Dr. Jos. Félegyházy); Zircii: Bibl. O. Cisterc. (Dr. Georg. Zemplén).

Laborem sat arduum non proprio Marte aggressus sum: duobus viris permultum gratitudinis debitum persolvere coactus, gratias ago cl. DR. JOSEPHO FITZ, Praefecto emerito Bibliothecae Széchényianae, qui mihi iniunctum opus hoc suscipiendum et cl. DR. CAROLO KNIEWALD, professori Universitatis Zagrabienensis, qui me multoties consiliis instigationibusque suis adiuvit. Summas gratias persolvo Musaeo Nationali opus perfectum prelo mandanti.

Budapestini, (VIII. Baross-utca 62.) die 27. Jan. 1944.

ABBREVIATIONES:

- Adv.* = Adventus.
All. = Alleluia.
Ant. = Antiphona.
Ant. num. = Antiqua numeratio.
BCat = E. Bartoniek, Codices manu scripti latini. vol. I. Codices latini medii aevi, Budapestini 1940.
Ben. = Benedictus (in Laudibus).
Berkovits = E. Berkovits, Miniatori Ungheresi, in Corvina 1940.
Bibl. = bibliotheca.
B. M. V. = Beata Maria Virgo.
Cant. = Canticum.
Cap. = caput.
Capit. = capitulum.
Cat. I. = A. Szilágyi, Catalogus codicum bibliothecae universitatis regiae scientiarum Budapestinensis, Budapest 1881.
Cat. II. = A. Szilágyi, Catalogus librorum manu scriptorum bibliothecae universitatis r. Budapestinensis, Budapest 1889.
Cc = concede.
Cf. = confer; confessor.
Chev. = U. Chevalier, Repertorium hymnologicum.
Chr. = Christus.
cl. = clarissimus.
C. l. = codex latinus.
C. l. m. ae. = codex latinus medii aevi.
Cod. = codex.
Comp. = completorium.
Csontosí MKSz = Csontosí János, Adalék a magyarországi XIV. és XV. sz.-i könyvmásolók és betűfestők történetéhez, MKSz 1871—2. (= Scriptores et illuminatores Hungarici saec. XIV—XV)
D. = Deus.
Dankó Uj MSion = Dankó József, Magyar szertartási régiségek in Uj MSion 1871—1872 (= Archaeologia liturgica Hungarica).
D. d. n. = Dominus deus noster.
D. d. o. = Dominus deus omnipotens.
D. J. Ch. = Dominus Jesus Christus.
Dom. = Dominica.
D. n. J. Ch. = Dominus noster Jesus Chr.
Dns, dne = Dominus, Domine.
Drev. = G. M. Dreves, Analecta hymnica medii aevi.
D. s. p. o. e. d. = Domine sancte pater omnipotens aeternae Deus.
D. v. = Dominus vobiscum.
E. g. = Exempli gratia.
Epi. = Episcopus.
Epiph. = epiphania.
Ev. ev. = evangelium.
Et c. s. t. = Et cum spiritu tuo.
f.; ff. = folium; folia.
Fer. = feria.
Franz, Bened. = A. Franz, Die kirchlichen Benediktionen im Mittelalter, Freiburg i. B. 1909.
Franz, Messe = A. Franz, Die Messe im deutschen Mittelalter, Freiburg i. B. 1902.
Franz, RFlor. = A. Franz, Das Ritualae v. S. Florian, Freiburg i. B. 1904.
Gábríel Btk = Gábríel Asztrik, Breviáriumtípusú kódexek, Budapest 1934 (= Codices typum breviarii prae se ferentes).
Gábríel Debr. = Gábríel Asztrik, Középkori kéziratok Magyarországon. I. Debrecen, in MKSz 1942 (= Manuscripta medii aevi in Hungaria. I. Debrecen).
Hebd. = hebdomada.
Hoffmann = Hoffmann Edit, Az Orsz. Széchényi Könyvtár illuminált kéziratai, Budapest 1928 (= Manuscripta illuminata Bibl. Széchényianae Regnicolaris).
Hoffmann Rmb = Hoffmann Edit, Régi magyar bibliofilek, Budapest 1929 (= Bibliophili antiquae Hungariae)

- I. e.* = id est.
Invit. = invitorium.
Jávor = Jávor Egon, Hét kéziratosszonyi missale a Nemzeti Múzeumban, Budapest 1942 (= Septem missalia manu scripta Poseniensa Musaei Nationalis).
JfLitw = Jahrbuch für Liturgiewissenschaft.
Jhs = Jesus.
1882 KE = Könyvkiállítási Emlék, Budapest 1882 (= Catalogus Expositionis librorum 1882 factae).
Knauz MSion = Knauz Nándor, A magyar egyház régi szokásai, in MSion 1865—1869 (= Usus veteres ecclesiae Hungaricae).
Knauz, Kortan = Knauz Nándor, Kortan, Budapest 1876.
Knauz Pozs. = Knauz Nándor, A pozsonyi káptalan kéziratái, in MSion 1866—1869 (= Codices manuscripti capituli Poseniensis).
L. = liber.
Laud. = laudes (officii).
Lect. = lectio.
Leroquais Brév. = V. Leroquais, Les bréviaires manuscrits des bibliothèques publiques de France, 5 tom. Paris 1934.
Leroquais Sacr. = V. Leroquais, Les sacramentaires et les missels manuscrits des bibliothèques publiques de France, 3 tom. Paris 1924.
Magn. = magnificat.
Mat. = matutinum.
MI = Szinnyi, Magyar írók élete és munkái, Budapest 1891—1914, 14 tom. (= Vita et Opera scriptorum Hung.).
MKSz = Magyar Könyvszemle, Ephemeris librorum Hungarica, edita a Musaeo Nationali.
Mr. = Martyr.
MRom = Missale Romanum.
Ms.; mss = manuscriptum; manuscripta.
MSion = Magyar Sion (= Sion Hungaricus) Ephemeris dioec. Strigoniensis.
Noct. = nocturnus.
Nr. = numerus.
Oct. = octava.
O. d. = omnipotens Deus.
O. F. M. = ordinis fratrum minorum.
O. m. d. = omnipotens misericors Deus.
O. P. = ordinis Praedicatorum.
Or. = oratio.
Ortvay = Ortvay Tivadar, Pozsony város története, Pozsony 1892—1912 (= Historia civitatis Poseniensis).
O. S. B. = ordinis S. Benedicti.
O. s. d. = omnipotens sempiternus deus.
P. = pagina.
Pent. = pentecostes.
P. et f. et s. s. = pater et filius et spiritus sanctus.
Pp. = papa.
Pr. = presbyter.
Pr. qu. = praesta quaesumus.
PRom. = Pontificale Romanum modernum.
Proph. = prophetia.
Ps. = psalmus.
Psalt. = psalterium.
P. x. = per Christum.
Qu. = quaesumus.
R. = responsorium.
1930. RE = Régi egyházművészet országos kiállítása, Budapest 1930 (= Catalogus Expositionis artis ecclesiasticae veteris anno 1930).
Resp. = responsorium; respondere.
REsz = Radó Polikárp, Esztergomi könyvtárak liturgikus kéziratái, Pannonhalmi Főiskola Évkönyve 1940/41, p. 86—142 (Manuscripta liturgica bibliothecarum Strigoniensium, in Annuario Scholae Superioris Montis Pannoniae).
RInd = Polycarpus Radó, Index codicum manuscriptorum liturgicorum Regni Hungariae (Orsz. Széchenyi Könyvtár kiadványai XIV.) Budapest 1941.
RKót. = Radó Polikárp, A magyar középkor kótás kéziratái. I. Latin egyházzenei kéziratok jegyzéke, in Magyar Zenei Szemle 1941, 93—101 (= Index manuscriptorum musicae sacrae medioevalium Hungariae).
RRom = Rituale Romanum.
RSt. = Rituale Strigoniense; citatur editio parva 1909. apud Pustet.
s. = saeculum.
S. = sanctus.
Sabb. = sabbatum.
Sc. = scilicet.

Sco. = sancto.

Tab. = Tabella; v. pag. 11—28:
„Tabellae comparationi inservientes“.

Tert. = tertia (in officio).

Theologia = Ephemeris Facultatis theolo-
gicae Budapestinensis.

v. = vide; virgo.

V. = versiculus.

V. D. = Vere dignum.

Vesp. = vesperae.

VH = Jos. Dankó, Vetus hymnarium
ecclesiasticum Hungariae, Budapes-
tini 1893.

Vid. = vidua.

Vig. = vigilia.

Vol. = volumen.

Weale-Bohatta = J. W. H. Weale-H.
Bohatta, Catalogus Missalium ritus
latini ab anno 1475 impressorum,
Londini 1928.

Xp = Christus.

Xpc, xps = Christus.

* = asteriscus denotat in Kalendaris
festum Sancti illius inveniri solum in
Proprio Sanctorum, minime vero in
Kalendario.

' = virgula denotat folium versum
(fol. v-o).

... = tria puncta semper significant
partem textus omissam.

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

TABELLAE COMPARATIONI INSERVIENTES.

I. SANCTORALE GELASIANO-GREGORIANUM.

Vestigia Leroquais sequentes in Kalendariis codicum omittimus festa quae iam inde a saeculo IX—X. in omnibus Kalendariis inveniuntur; sequentia ergo festa Sanctorum Kalendarii Gelasiani et Gregoriani in omnibus Kalendariis codicum suppleri debent. Festa sub quibus linea ducta est in Gelasiano inveniuntur.¹

Jan.	1. Octava Domini.		14. Tiburtii, Valeriani et <u>Maximi.</u>
	5. <u>Vig. Epiphaniae.</u>		28. Vitalis mr.
	6. <u>Epiphania.</u>	Mai.	1. Philippi, Jacobi.
	13. <u>Oct. Epiphaniae.</u>		3. Alexandri, Eventii, Theoduli.
	14. Felicis in Pincis.		3. <u>Juvenalis mr.</u>
	16. Marcelli papae.		3. <u>Inventio crucis.</u>
	18. Priscae v. et mr.		6. Joannis ante portam Latinam-
	19. <u>Marii et Marthae.</u>		10. Gordiani, Epimachi.
	20. Fabiani et Sebastiani.		12. Pancratii mr.
	21. Agnetis v. et mr.		12. <u>Nerei, Achillei.</u>
	22. Vincentii mr.		13. Mariae ad martyres.
	23. <u>Emerentianae et Macharii.</u>		25. Urbani pp. mr.
	25. <u>Conversio Pauli. — Praeiecti.</u>	Jun.	1. Nicomedis mr.
	28. Agnetis secundo.		2. Marcellini, Petri.
Febr.	2. Purificatio B. M. V.		9. <u>Primi, Feliciani.</u>
	5. Agathae v. mr.		12. <u>Cyrini, Naboris, Nazarii,</u>
	10. <u>Sotheris et soc.</u>		<u>Basilidis.</u>
	14. Valentini pr. mr.		18. Marci et Marcelliani. — <u>Vig.</u>
	14. <u>Vitalis, Feliculae, Zenonis.</u>		19. <u>Gervasii et Protasii.</u>
	16. <u>Julianae v. mr.</u>		23. <u>Vig. Joannis Baptistae.</u>
	22. <u>Cathedra Petri.</u>		24. Joannis Baptistae.
Mart.	7. <u>Perpetuae, Felicitatis.</u>		25. <u>Vig. Joannis et Pauli.</u>
	12. Gregorii pp.		26. Joannis et Pauli mr.
	25. Annuntiatio B. M. V.		28. Leonis pp. — Vigilia.
Apr.	11. <u>Leonis pp.</u>		29. Petri apostoli.
	13. <u>Euphemiae v. mr.</u>	Jul.	30. Pauli commemoratio.
			2. Processi, Martiniani.
			6. Octava Petri et Pauli.

¹ Leroquais, Sacr. I, XLIV—XLVI; Brév. I, CXXX—CXXXII p.

- | | | | |
|-------|--|------|--|
| | 10. Septem fratrum. | | 16. Euphemiae, Luciae et Geminiani. |
| | 25. <u>Jacobi apostoli.</u> | | 20. <u>Vigilia.</u> |
| | 29. Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis. | | 21. <u>Matthaei evangelistae.</u> |
| Aug. | 30. Abdon et Sennen. | | 27. Cosmae et Damiani. |
| | 1. Petri ad vincula. | | 29. Dedicatio basilicae Michaelis. |
| | 1. <u>Machabaeorum.</u> | | 30. <u>Hieronymi.</u> |
| | 2. Stephani pp. et mr. | Oct. | 7. Marci pp. |
| | 6. Xysti, Felicissimi, Agapitis. | | 7. <u>Marcelli, Apulei.</u> |
| | 7. <u>Donati epi. mr.</u> | | 14. Callisti pp. mr. |
| | 8. Cyriaci mr. | | 18. <u>Lucae evangelistae.</u> |
| | 9. Vigilia. | | 27. <u>Vigilia.</u> |
| | 10. Laurentii mr. | | 28. <u>Simonis et Judae.</u> |
| | 11. Tiburtii mr. | Nov. | 1. Caesarii. |
| | 13. Hippolyti mr. | | 8. Quatuor coronatorum. |
| | 14. Eusebii cf. — Vigilia. | | 9. Theodori mr. |
| | 15. Assumptio B. M. V. | | 11. Mennae mr. — Martini epi. |
| | 17. <u>Octava Laurentii.</u> | | 21. <u>Vigilia.</u> |
| | 18. Agapiti mr. | | 22. Caeciliae v. mr. |
| | 19. <u>Magni mr.</u> | | 23. Clementis pp. mr. — Felicita- |
| | 22. Timothei mr. | | tis. |
| | 24. <u>Bartholomaei apostoli.</u> | | 24. Chrysogoni mr. |
| | 27. <u>Rufi mr.</u> | | 29. Saturnini mr. — Vigilia. |
| | 28. Hermetis mr. | | 29. <u>Chrysanti, Mauri et Dariae.</u> |
| | 28. <u>Augustini cf.</u> | | 30. Andreae apostoli. |
| | 29. <u>Passio Joannis Baptistae.</u> | Dec. | 7. <u>Octava Andreae.</u> |
| | 29. Sabinae v. mr. | | 11. <u>Damasi pp.</u> |
| | 30. Felicis et Adaucti. | | 13. Luciae v. mr. |
| Sept. | 1. Prisci mr. | | 21. <u>Thomae apostoli.</u> |
| | 8. Nativitas B. M. V. | | 24. Vigilia. |
| | 8. <u>Adriani mr.</u> | | 25. Nativitas d. n. J. Ch. |
| | 9. Gorgonii mr. | | 26. Stephani protomr. |
| | 11. Proti et Hyacinthi. | | 27. Joannis evangelistae. |
| | 14. Cornelii et Cypriani. | | 28. Innocentium mr. |
| | 14. Exaltatio s. crucis. | | 31. Silvestri pp. cf. ¹ |
| | 15. Nicomedis mr. | | |

II. TAB. PATRONI DIOECESIUM ET CAPITULORUM HUNGARIAE.

I. METROPOLIA STRIGONIENSIS. CATHEDRALES.

1. **Strigonii:** Adalbertus mr. primus patronus, dein compatronus post B. M. V. Assumptam.
2. **Agriae:** Joannes ante portam Latinam.

¹ Festum S. Georgii 23. Apr. non assumpsimus in Tabellam nostram, nam in Calendariis Hungaricis saepe 24. Apr. legitur propter festum S. Adalberti; item omisimus festum S. Viti 15. Jun. et Translationis S. Benedicti 11. Jul., saepe enim characteristicae sunt et non raro etiam desunt in Calendariis.

3. **Jaurini:** B. M. V. Assumpta.
4. **Quinqueecclesiis:** Petrus apostolus.
5. **Vaciae:** B. M. V. Assumpta et Michael.
6. **Wesprimii:** Michael.
7. **Nitriae:** Emmeramus mr.

CAPITULA COLLEGIATA:

1. **Strigonii:** Capit. Stephani protomr. — Thomae apostoli. — Georgii mr. de campo viridi. — Posenii: Capit. S. Martini. — Scepusii: Capit. S. Martini.
2. **Agriae:** Capit. B. M. V. — Stephani regis. — Petri apostoli (tres praepositurae). — Mislye: Nicolai cf. — Sajószentpéter: Petri apostoli.
3. **Jaurini:** Capit. S. Adalberti. — Vasvár: S. Michaelis.
4. **Quinqueecclesiis:** Capit. S. Joannis Bapt. — Pozsega: S. Petri.
5. **Wesprimii:** Capit. Omnium Sanctorum. — Hanta: S. Michaelis. — Óbuda: Petri et Pauli ap. — Arx Budae: Sigismundi mr. — Dömös: Margaretae v. mr.
6. **Capitula exempta:** Cybynium B. M. V. — Arad: S. Martini.

II. METROPOLIA COLOCENSIS: CATHEDRALES:

1. **Colocae-Bachiae:** Paulus + Petrus.
Cenadii: Georgius mr. + Gerardus mr.
3. **Waradini:** B. M. V. Assumpta + S. Ladislaus rex.
4. **Transsylvaniae:** S. Michael.
5. **Zagrabiae:** S. Stephanus rex.
6. **Szerém:** Stephanus protomr? Irenaeus?

CAPITULA COLLEGIATA:

1. **Colocae:** Háj: Capit. S. Laurentii mr. — Titel: S. Sapientiae.
2. **Cenadii:** Capit. SS. Salvatoris.
3. **Waradini:** Capit. S. Mariae min. in castro. — Stephani protomr. — Sepulchri S. Ladislai regis (forsan idem cum Capitulo priore).
4. **Zagrabiae:** Cazma: Capit. S. Spiritus.
5. **Albae Regiae:** Praelatura nullius: B. M. V. Assumptae. — Capitulum S. Nicolai.¹

PATRONI HUNGARIAE ORDINE ALPHABETICO DIGESTI; *asterisco notantur capitula collegiata.*

Adalbertus mr.: Strigonium (cathedralis, patronus primus, dein compatronus). — * Jaurinum.

B. Maria V.: * Agria. — * Cybynium. — * Waradinum „Maria minor in castro“.

B. Maria V. Assumpta: Strigonium cathedr. (+ Adalbertus.) — Jaurinum. — Vacia (+ Michael.) — Waradinum (+ Ladislaus rex). — * Alba Regia.

Emmeramus: Nitria.

Georgius mr.: Cenadium (+ Gerardus mr.). — * Strigonium: „S. Georg. in campo viridi“.

¹ Hunc elenchum ex opere Ortway Tivadar, Magyarország egyházi földleírása a XIV. sz. elején a pápai tizedjegyzékek alapján feltüntetve, Budapest 1892. 2 volumina, concinnavit Dion. Mezey.

Irenaeus: Szerém (? Stephanus protomr.).

Joannes Baptista: * Quinqueecclesiae.

Joannes ante portam Latinam: Agria.

Ladislau rex: Waradinum (compatronus). — * Waradinum: „Sepulchrum

S. Ladislai“.

Laurentius mr.: * Háj.

Margarita v. mr.: * Dömös.

Martinus ep.: * Posonium. — * Scepusium. — * Arad.

Michael archang.: Transsylvania. — Vacia (compatronus). — Wesprimium. —

— * Vasvár. — * Hanta.

Nicolaus ep.: * Alba Regia. — * Mislye.

Omnium Sanctorum: * Wesprimium.

Paulus apost.: Colocae (+ Petrus).

Petrus apost.: Quinqueecclesiae. — * Agria. — * Óbuda (+ Paulus). — * Sajószentpéter. — * Pozsega.

SS. Salvator: * Cenadium.

Sapientia: * Titel.

Sigismundus: * Arx Budensis.

Stephanus protomr.: Szerém (? Irenaeus mr.). — * Strigonium. — * Waradinum.

Stephanus rex: Zagrabia. — * Agria.

Spiritus sanctus: * Cazma.

Thomas apost.: * Strigonium.

III. TAB. FESTA PECULIARIA HUNGARIAE.

Singula regna habent suos patronos: Sanctos, qui, saltem medio aevo, tantum in patria sua colebantur; item sunt festa, quorum observatio etiam regnum aliquod singulare prodit. Nos transsumimus in hanc Tabellam festa peculiaria codicis inter 1192—1195 scripti (Mus. Nation. cod. Prayani), sacramentarii, quod Kalendarium amplissimum continet inter omnes notos codices Hungariae.¹

Febr.	24.	Translatio S. Gerardi.		transitus S. Stephani.
Apr.	23.	Adalberti epi. mr.	20.	Stephani regis (In codicibus posterioribus cum vigilia et octava).
		24. Georgii mr.		
Mai.	30.	Translatio dexterae S. Stephani regis.	Sept.	2. Depositio S. Henrici (= Emerici).
Jun.	27.	Elevatio S. Ladislai regis.		24. Gerardi passio (depositio).
Jul.	13.	Margaretae v. et mr.	Oct.	26. Demetrii mr.
		17. Alexii cf. — Andreae (= Zoerardi) et Benedicti mr.	Nov.	5. Henrici (= Emerici) ducis et cf. (elevatio).
		26. Gerardi epi. mr.		
Aug.	15.	Assumptio S. Mariae v. et		6. Adalberti translatio.

¹ Vestigia sequentes egregiae dissertationis Kniewald—Kühár: Magyar szentek ünnepei és miséi a Pray-kódexben, Pannonhalmi Szemle 1939, 11—19. Tria festa fere in omnibus codicibus Hungaricis occurrunt, etsi non sint Sancti „nationales“: Festum S. Margarethae v. mr. 13. Jul. (et non die 20. Jul.); deinde festum S. Demetrii mr. Sirmiensis cum suo dato „Orientali“: 26. Oct.; demum festum S. Georgii mr. die 24. et non 23. Apr., quia 23. Apr. Adalbertus colitur.

IV. TAB. FESTA SPECIALIA ORDINIS S. PAULI PRIMI EREMITAE.

Cl. LEROQUAIS optimas Tabellas nobis praebet de festis peculiariibus singulorum ordinum; has Tabellas nolumus transsumere, sed remittimus ad opus eius;¹ tantum festa specialia *Ordinis* in Hungaria fundati a B. Eusebio (+ 1250): *Eremitarum S. Pauli primi Eremitae* enumeramus e Missali impresso 1514 et 1537.²

Jan.	10. Pauli primi eremitae (rubro notatum; sequentia: „Vitis palmes extas vere . . .“).	11. Anniversarium pro rege Ludovico (Magno).	
Mart.	6. (!) Thomae Aquinatis.	18. Pro benefactoribus et propinquis.	
Apr.	4. Ambrosii (rubro).	Oct.	11. Translatio reliquiarum Augustini (rubro).
Jul.	18. Pro omnibus fratribus Ordinis defunctis.	14. Pro omnibus parentibus et cognatis fratrum.	
Aug.	28. Augustini (rubro).	Nov.	14. Transl. S. Pauli primi Eremitae (rubro).
Sept.	4. Octava Augustini.		

V. TAB. SPECIALIA IN LECTIONIBUS MISSAE.

In multis codicibus inveniuntur sequentes speciales pericopae, per se patet non omnes semper simul. Nos Tabellam sec. ordinem anni liturgici concinnantes, codices analysantes remittimus ad hanc Tabellam, indicando numeros.

1. Dom. I. Adv. Mt. 21, 1—9: Cum appropinquasset Jesus.
2. Dom. II. Adv. Lc. 21, 25—33: Erunt signa.
3. Dom. III. Adv. Mt. 11, 2—10: Cum audisset Joannes.
4. Dom. IV. Adv. Jo. 1, 19—28: Miserunt Judaei.
5. Vig. Nativitatis: Is. 62, 1—4: Propter Sion.
6. Missa I. Nativit. Is. 9, 2—7: Populus gentium.
7. Missa II. Nativit. Is. 61, 1—62, 12: Spiritus domini.
8. Missa III. Nativit. Is. 52, 6—12: Propter hoc sciet.
9. Dom. V. vel VI. post Epiphaniam: Mt. 11, 25—30: Confiteor tibi.
10. Dom. II. Quadr. Mt. 15, 21—28: Egressus Jesus secessit in partes Tyri.
11. Fer. II. Hebdomad. maioris: Zach. 11, 12—13, 9: Si bonum est in oculis.
12. Fer. III. Hebd. maioris: Sap. 2, 12—22: Dixerunt impii Judaei.
13. Fer. IV. Hebd. maioris: Is. 62, 11—63: Dicite filiae Sion.
14. Dom. Trin. Jo. 15, 26: Cum venerit Paraclitus.
15. Dom. Trin. Jo. 3, 1—15: Nicodemus nomine.
16. Dom. I. post Pent. Lc. 16, 19—31: Homo quidam dives.
17. Dom. IV. post Pent. Lc. 6, 36—42: Estote misericordes.
18. Dom. XXIV. post Pent. Jo. 6, 5—15: Cum sublevasset Jesus oculos.

¹ Leroquais, Brév. I, XCVII—CXII.

² Missale fratrum heremitarum ord. divi Pauli primi heremite, Venetiis (Petrus Lichtenstein impensis Stephani Heckel) 1514. 20. Jul. cf. Weale-Bohatta, nr. 1813. p. 308 et Hubay Ilona, Missalia Hungarica, Budapest 1938, 64—65. — Missale novum ord. fratrum Eremitarum Divi Pauli primi Eremitae, Venetiis (Luc. Ant. de Giunta, impensis fratris Georgii Martinuzzi) 1537 mense Apr. cf. Weale-Bohatta nr. 1814. p. 308., Hubay p. 65—66. — Cf. adhuc Gyéressy Ágoston, A pálos mise, in Theologia 1938, 201—205.

VI. TAB. SPECIALIA OFFICII DIVINI.

In multis codicibus psalmodiae sacrae inservientibus: breviariis, antiphonariis responsoria satis eodem modo sese excipiunt. Ut comparationem instituere possimus, sequentes consilium cl. LEROQUAIS,¹ ubique notamus seriem et „Incipit“ responsoriorum Dominicanarum Adventus et tridui sacri. Ad comparationem instituendam Tabellam hanc desumpsimus e codice Musaei Nationalis c. l. m. ae. 33. breviario saec. XIV. alicuius ecclesiae Hungaricae.

Dom. I. Adventus.

1. Aspiciens a longe.
2. Aspiciebam in visu.
3. Missus est gabriel.
4. Ave maria gratia plena.
5. Salvatorem expectamus.
6. Nox precessit.
7. Ecce virgo concipiet.
8. Obsecro domine mitte.
9. Letentur celi.

Dominica II. Adventus.

1. Jherusalem cito veniet.
2. Ecce dominus veniet et omnes.
3. Jherusalem surge.
4. Ecce veniet dominus.
5. Civitas Jherusalem.
6. Sicut mater consolatur.
7. Jherusalem plantabis.
8. Egredietur dominus de samaria.
9. Rex noster adveniet xps.

Dominica III. Adventus.

1. Ecce apparebit dominus.
2. Bethleem civitas dei.
3. Qui venturus est veniet.
4. Suscipe verbum virgo.
5. Egypte noli flere.
6. Qui venturus est veniet.
7. Descendet dominus sicut.
8. Veni domine et noli tardare.
9. Docebit nos dominus.

Dominica IV. Adventus.

1. Canite tuba in sion.
2. Vicesima die quarta.
3. Non auferetur sceptrum.
4. Me oportet minui.

5. Ecce iam venit plenitudo.
6. Virgo israel revertere.
7. Juravi dicit dominus ut ultra.
8. Non discedimus a te.
9. Intuemini quantus sit.

Feria V. in Caena Domini.

1. In monte oliveti.
2. Tristis est anima mea.
3. Ecce vidimus.
4. Unus ex discipulis.
5. Judas mercator pessimus.
6. Eram quasi agnus.
7. Una hora non potuistis.
8. Seniores populi.
9. Revelabunt celi.

Feria VI. in Parasceve.

1. Omnes amici mei.
2. Velum templi.
3. Vineam meam electam.
4. Tamquam ad latronem.
5. Barrabae latro dimittitur.
6. Tenebrae factae sunt.
7. Tradiderunt me.
8. Jhesum tradidit impius.
9. Vadis propitiator.

Sabbato sancto.

1. Sepulto domino.
2. Jherusalem luge.
3. Plange quasi virgo.
4. Recessit pastor noster.
5. O vos omnes qui transitis.
6. Ecce quomodo moritur iustus.
7. Estimatus sum.
8. Agnus dei xps immolatur.
9. O mors ero mors tua.

¹ Leroquais, Brév. I, LXXVIII—LXXXII „ces mêmes séries sont constantes dans les bréviaires d'une même église . . . chacune de ces listes devient un trait distinctif, une marque caractéristique pour chaque église ou abbaye“.

VII. TAB. OFFICIA S. STEPHANI REGIS.

Ad comparationem serviunt officia Sanctorum Stephani, Emerici, Ladislai et Elisabeth, quae iuxta initia sua allegantes in has Tabellas VII—X. redegimus. — S. Stephani regis officium rhythmicum e codice anno 1290 scripto Zagrabienſi (MR 67) damus.¹

Vesp. *Ant.* Confessor xpi Stephane.
Capit. Dedit dominus confessionem.
R. Exora dilecte dei rex Stephane.
Magn. Aue beate Stephane inclita spes.

Matutinum.

Invitat. Regem regum uenerantes.

I. noct.

1. Adest festum uenerandum.
2. Iste sanctus predicator.
3. Mundi reges moriendo.

Lect.

- I. Omne datum optimum.
- II. Ea siquidem tempestate.
- III. Ritu paganismi licet.

R.

- I. Iam cum celos ascendisset.
- II. Gaudebat ergo patrono.
- III. Genti tamen devianti.

II. noct.

1. Valde felix es dicenda.
2. Nam ut atila sub rege.
3. Dudum namque desolatam.

Lect.

- IV. Adest tempus celitus.

- V. Cumque nimium esset.
- VI. Nascitur interea predictus.
- R. IV. Geysse namque duci sancto.
- V. Sed cum iuuentutis metas.
- VI. Corde deo credens erat.

III. Noct.

1. Vir beatus pardum nempe.
2. Si plebs ista suscepisset.
3. Magnus sampson.

- R. VII. Inter cetera laudanda.
- VIII. Nobilis stirpe rex sanctus.
- IX. Beatus rex Stephanus.²

Laudes.

1. Scandit sanctus alta celi.
2. Hinc exultat in excelso.
3. O condicio miranda.
4. Pauperes dono iuabat.
5. Sapienter dispensare.
- Bened. O miranda potencia.

II. vesp.*Magn.*

Sanctissimus rex Stephanus.

Hymni.

Gaude mater Vngaria.
Gaudent celi noua luce.

Aliud officium, prosaicum, ideo iure habendum antiquius rhythmico, legitur in codice s. XIV. Musaei Nationalis c. l. m. ae. 33. (fol. 312^o—315) nondum publicatum. Pro dolor, totum officium prosaicum nondum potuimus inuenire; scriptor enim breuiarii laudati, Nicolaus de Ceronabriba, aliquas partes officii e rhythmicis officiis supplēvit. Officium per initia hoc est:

¹ Fol. 230^o—232; editum a C. Kniewald, A zágrábi érseki könyvtár MR 126 (XI. sz.) jelz. sacramentáriumának magyar rétege a MR 67. sz. zágrábi breuiárium (XIII. sz.) megvilágításában, Pannonhalmi Szemle 1938, 45—47; idem officium e fontibus s. XIV—XV. iam editum est a VH 194—202, sed sine lectionibus; Brev. Zagrabienſe autem hymnos non habet nisi e Communi. Hymni editi sunt VH 205—213. Cf. adhuc Kniewald, A magyar szentek legrégibb zsolozsmái, Theologia 1943, 226—228, quod tamen nil novi affert.

² VH legitur ut responsorium IX. „Regia urbs Alba gaude . . .“

I. vesp.

4 *ant.* ex officio rhythmico: Adest . . .

Matutinum.

Invit. Conuenientes in unum iubilemus domino, in quo regnat coronatus gemma regum stephanus.

1. Erat quidam dux hungarorum.
2. Adest tempus celitus.
3. Hunc mirabili.

Lect.

- I. Omne datum optimum.
- II. Quid plura? Adest tempus.
- III. Nascitur interea.

R.

- I. Apparuit levita.
- II. Nascitur regis filius.
- III. Inito consilio in sacro monte.

II. noct.

1. Quam iuuenis alloquitur.
2. Hic erit unus ex regibus.
3. Creditur pater et miratur.

Lect.

- IV. Post acceptum regalis.
- V. Quadam uero nocte.

VI. Nec hoc pretereundum.

R. IV. Tantis misericordie.

V. Beatus rex Stephanus dno di'ectus.

VI. Viro dei elemosinam.

III. noct.

1. Corde, voce, mente pura.
2. Rex cunctorum hic et ibi.
3. Regnum mittat, intrat.

Lect. VII. Bede. Perspicue ostendit.

VIII. Et non dixit quod noscimus.

IX. Plenus inculcat.

R. VII. Sanctus rex Stephanus dum iudicaret.

VIII. Gaudeas hungaria.

IX. Post obitum patris.

Laudes.

1. Beatus rex Stephanus precibus.
2. Gaudeat hungaria.
3. Regis prece quem vocasti.
4. Rege regnum hungarorum.
5. Rex regina adiutricem.

Bened. Sanctissimus rex Stephanus.

VIII. OFFICIUM S. LADISLAI REGIS.

Officium rhythmicum S. Ladislai iam in codice Zagrabiensi (MR 67. fol. 295—296) anni 1290 legitur; nos, quia huius codicis textus nondum plene publicatum sit,¹ desumimus officii huius initia e cod. Musaei Nationalis c. l. m. ae. 33 (fol. 281'—283').²

Vesp.

Ant. Fons eterne pietatis.

Cap. Dedit dominus confessionem.

R. Salue rex benigne.

Magn. Confessor domini Ladislai.

Matutinum.

Invit. Confessorum regem adoremus.

1. Hic iniquis non consensit.
2. Rex a xpo constitutus.
3. Tua xpe est gloria.

Lect.

- I. Beatus rex Ladislaus xpane fidei.
- II. Quamuis enim mundus florens
- III. In naturalibus autem.

R. I. Edoctus spiritus sancti gracia.

II. Diuturnis excubiis.

III. In iudicandis et examinandis.

II. noct.

1. Inuocantem exaudiuit.
2. Scuto bone uoluntatis.
3. Admirabile et ineffabile.

Lect.

IV. Jejuniis et orationibus.

V. Cum autem tempus uocationis.

VI. Cum autem fideles sui corpus.

R. IV. In naturalibus bonis.

V. Hunc circumdat ueritas.

VI. Salue rex benigne.

¹ C. Kniewald in *Theologia* 1943, 230—231.

² Ex aliis codicibus s. XIV—XV. fere idem textus legitur VH 175—183.

III. noct.

1. Domine qui operatus est.
2. Ladislaus honoratur.
3. Hic accepit benedictionem.

R. VII. De radice regie.

VIII. Jhesu bone per ladislai merita.

IX. Surge gaude Pannonia.

Laudes.

1. Sanctus iste indutus est.
2. Jubilate et inuocate.

3. Qui passus est propter nos.

4. Mundinalis fabricae.

5. Laudet te rex glorie.

Bened. Benedictus es saluator.**VI. vesp.**

O sancte rex Ladislae.

IX. OFFICIA S. EMERICI DUCIS.

Officium vetus rhythmicum e saeculo XIII. legitur in codice Zagrebiensi (MR 67. f. 284—284'), cum tamen plene non sit publici iuris factum, idem officium e codice Musaei Nationalis (c. l. m. ae. 446. f. 477—479') quoad initia damus.¹

Vesp.*Ant.* Letare Pannonia.*Capit.* Dilectus deo.

R. Ascendentem misere.

Magn. Aue flos nobilium.

VI. Magnus quidem est pudicie.

R. IV. In quadam basilica.

V. Puer igne celici.

VI. Summi regis filius.

III. noct.

1. Vite uitat maculam.

2. In uirtute domini.

3. Hic innocens manibus.

Lect.

VII. Hom. Origenis. Triplex est genus eunuchorum.

VIII. Merito fratres b. dux Emericus.

IX. Gustato enim spiritu.

R. VII. Virum ligat pro peccatis.

VIII. Currit eger spiritalis.

IX. Ascendentem misere.

Matutinum.*Inuit.* Confessoris Emerici leta natalicia

1. Legem dei iugiter.

2. Disciplinam domini.

3. Corpus negat subdere.

Lect.

I. B. Emericus dux Sclauonie.

II. Quodam tempore cum predictus

III. Post hoc audita missa.

R. I. Ex regali prosapia.

II. Rubum flamma comprehendit.

III. In egipto vanitatis.

II. noct.

1. Vanitatem respuens.

2. Quia pie sobrie.

3. O quam admirabile.

Lect.

IV. O excitatrix omnium virtutum.

V. O miranda iuuenis continencia.

Laudes.

1. In hac die leticie.

2. Hic salutis semita.

3. Joseph fugit dominam.

4. Quasi dauid deicit.

5. Res est mira penitus.

Bened. Dulcis dei spiritus.*Magn.* O norma iusticie.

¹ Officium codicis Zagrebiensis cf. Kniewald in *Theologia* 1943, 228 s. Textum, sine lectionibus, codicis Musaei Nationalis una cum variantibus aliorum manuscriptorum: VH 228—235.

S. Emericus etiam *aliud officium rhythmicum* habet; in quantum scimus, primus fons eius est breviarium manu scriptum Transsilvanense ex anno 1462.¹

Vesp.

1. In laudes pannonia.
2. Conformis hic iubilus.
3. Emerici meritis.
4. Irrigaris celici.
5. Patri sancto filius.

R. Hic confessor gloriosus.

Magn. Generosi sanguinis.

Matutinum.

Invit. Laus sit xpo benivola.

1. Ewo puericie.
2. Regis iste filius.
3. Respuit fallacia.

R. I. Letare gens hungarie.

II. Presignatur desuper.

III. Creuit puer generosus.

II. noct. Emericum inuocantem.

2. Verba regis eternalis.
3. Flamen est in creaturis.

R. IV. Fundamenta fidei.

V. Cum oraret in secreto.

III. noct.

1. Sanctus hic ingreditur.
2. Dominus iste filius regis.
3. Terre plenitudinem.

R. VII. xpi miles formatus.

VIII. Proles sancta quadam.

IX. Pater stupens ammiratur.

Laudes.

1. Emerici fuit status.
2. Emerici xpi iubilus.
3. Ad eternam quam amauit.
4. Benedicant dominum.
5. Laudet xpicola.

Bened. Benedicat creatura.

Vesp.

Magn. Salve proles stirpis regie.

X. TAB. OFFICIUM S. ELISABETH.

Officium rhythmicum S. Elisabeth viduae, similiter ac praecedentia, primo in manu scripto breviario Zagrebiensi (MR 67. f. 260—262) legitur; nos autem ex iisdem rationibus ac supra, officium e codice Musaei Nationalis c. l. m. ae. 446. (f. 490'—493) desumpsimus.²

Vesp.

1. Letare Germania.
2. Que nexu coniugii.
3. Apta tandem viri.
4. Sic fulgebat in aspectu.
5. Quanto sese deprimebat.

Capit. Mulierem fortem.

R. Benedictus sit dominus.

Magn. Gaude celum terra plaude.

Matutinum.

Invit. Regi deo iubilantes.

1. Ex ore infancium.
2. A calore caritatis.
3. Inquinari manus.

Lect.

- I. Elizabeth Andree.
- II. Crescens namque per.
- III. Et ubi gradum.

R. I. De paupertatis palea.

II. Ista regis filia.

III. O mirandam mulieris.

II. noct.

1. Ab intus regis filie.
2. Omnium refugio.
3. Habens celo fundamentum.

Lect.

- IV. Felix Elizabeth erat efficacissima.

¹ Publici iuris factum (sine lectionibus) a M. Zalán, Egy kiadatlan középkori verses officium Sz. Imréről, Pannonhalmi Szemle 1927, 1—8.

² De officio codicis Zagrebiensis videsis Kniewald in Theologia 1943, 231—232; officium sine lectionibus, codicis c. l. m. ae. 446. additis variantibus multorum codicum, lege VH 276—285.

- V. Felix Elizabeth erat virtutum **Laudes.**
 plantatrix.
 VI. Felix Elizabeth erat et speculum
 innocencie. 1. Dominus Elizabeth.
 R. IV. Aspernata seculum. 2. Deo cum leticia.
 V. Egens egenis largiens. 3. Hec ad deum siciens.
 VI. Ceco nato cui nec. 4. Domo rebus dum.
 5. In tantis virtutibus.
Bened. Cornu salutis hodie.
- III. Noct.*
 1. Deo decantent omnia.
 2. Juste lux orta gracie.
 3. Deus palam omnibus.
 R. VII. Famulis se famulam.
 VIII. Aman in patibulo.
 IX. O lampas ecclesie.
- Vesp.**
 R. Recordare mater.
Magn. Exultet vox ecclesie.

XI. TAB. PSALTERIUM USUALE.

Inde a saeculo VI. in usu est psalterii dispositio talis, quae in permultis psalteriis vel breviariis legitur. Ne in vanum repetamus dispositiones psalterii, nunc in hac Tabella hanc dispositionem usualem psalterii prae oculis habendam exhibemus.¹

Matutinum.

Dominica. Ps. 1. (Beatus vir). — Ps. 20. (Domine in virtute).

Ad primam. Ps. 21. (Deus deus meus respice). — Ps. 25. (Judica me Domine quoniam).

Fer. II. Ps. 26. (Dominus illuminatio mea). — Ps. 37. (Domine ne in furore tuo).

Fer. III. Ps. 38. (Dixi custodiam). — Ps. 51. (Quid gloriaris).

Fer. IV. Ps. 52. (Dixit insipiens). — Ps. 67. (Exurgat Deus).

Fer. V. Ps. 68. (Salvum me fac). — Ps. 79. (Qui regis Israel).

Fer. VI. Ps. 80. (Exultate deo). — Ps. 96. (Dominus regnavit exultet).

Sabb. Ps. 97. (Cantate . . . quia). — Ps. 108. (Deus laudem).

Ad vespas.

Dominica. Ps. 109. (Dixit dominus). — Ps. 113. (In exitu).

Fer. II. Ps. 114. (Dilexi quoniam). — Ps. 116. (Laudate dominum omnes).

Ad horas. Ps. 117. (Confitemini domino . . . dicat). — Ps. 118. (Beati immaculati).

Fer. II. ad vesp. Ps. 119. (Ad Dominum cum). — Ps. 120. (Levavi oculos).

Fer. III. Ps. 121. (Laetatus sum). — Ps. 125. (In convertendo).

Fer. IV. Ps. 126. (Nisi Dominus aedificaverit). — Ps. 130. (Domine non est exaltatum).

Fer. V. Ps. 131. (Memento Domine David). — Ps. 136. (Super flumina).

Fer. VI. Ps. 137. (Confitebor tibi Domine). — Ps. 142. (Domine exaudi orationem).

Sabb. Ps. 143. (Benedictus Dominus Deus meus). — Ps. 147. (Lauda Jerusalem).

¹ Cf. Leroquais, Brév. I, p. XIX. — Psalterium usuale desumimus e Psalterio Bibliothecae Strigoniensis Metropolitanae anni 1279. (f. 2—127'), e Psalterio Blasii ante 1419 (C. 1. m. ae. 128. f. 1—112'), e Psalterio C. 1. m. ae. (366. f. 7—124') et Breviario C. 1. m. ae. 400. (f. 1—47').

XII. TAB. PRAEPARATIO AD MISSAM.

Tabellae XII—XX. inserviunt etiam ad comparationem, sed magis velent illustrare evolutionem liturgiae Romanae in Hungaria. Nos et in hoc vestigia cl. LEROQUAIS terentes, primo cognoscere debemus liturgiam iam excultam saeculo XV. exeunte, sicut in impressis libris huius temporis cerni potest: ibi sine dubio dignosci possunt specialitates textuum et rituum, quorum vestigia dein in libris manu scriptis paulatim deteguntur. In his Tabellis ergo ut normam sumpsimus ritum Strigoniensis ecclesiae, Matris et capitis ecclesiarum Hungariae. Tabellas composuimus e Missali Strigoniensi, quod primo praelum reliquit anno 1484. — Tabella haec desumpta est e fol. 9—10.¹

1. „Dum sacerdos preparat se ad missam dicat V. Ostende nobis. Ps. 83. Quam dilecta tabernacula . . . Ps. 84. Benedixisti dne . . . Ps. 85. Inclina dne aurem . . . Ps. 115. Credidi propter quod . . . Ps. 116. Laudate dnm omnes . . .“

2. „Ant. Intret in conspectu tuo . . .“

3. „Ant. Ne reminiscaris dne . . .“

4. „Peccauius dne . . .“

5. „Oratio. Exaudi qu. dne, supplicum preces . . .“

6. „Letania. K. el. Chr. el. K. eleison. Chr. audi nos etc. Spiritus sanctus, illuminator mundi deus. — Sancte sanctorum deus. — Sancta dei genitrix. — S. virgo virginum. — Omnes sancti superni ciues. — Omnes sancti patriarche. — Omnes sancti prophete — apostoli — euangeliste — discipuli dni — innocentes — martyres — sacerdotes — leuite — anachorite — monachi — confessores — virgines — vidue — coniugate — penitentes — continentes — iustorum anime — electi dei. — Fili dei — redemptor mundi — mediator dei et hominum — pastor bone — te rogamus audi nos. — Agnus dei . . . Pater noster.“

7. (Versiculi.) „Et veniat super nos . . . Peccauius dne . . . Iniuste egimus . . . Ne reminiscaris dne . . . Dne ne memineris . . . Adiuua nos deus salutaris noster . . . Repleatur os meum . . . Dne ne auerte faciem . . . Cor mundum crea . . . Ne proiciias me . . . Redde mihi leticiam . . . Ostende nobis dne . . . Fiat misericordia . . . Sacerdotes tui . . . Esto nobis dne . . . Propicius esto . . . Exurge Christe . . . Dne deus virtutum conuerte nos . . . Dne exaudi . . .“

8. „Secuntur orationes. Fac me qu. o. d. ita iusticia indui . . .“

9. „Alia oratio. Aures tue pietatis . . .“

10. „Oratio s. Ambrosii. Non de meritorum meorum . . .“

11. „Alia oratio. Oro te sancta trinitas et inseparabilis unitas . . .“

12. „Alia oratio. D. qui non mortem, sed penitentiam . . .“

XIII. TAB. ORATIONES AD INDUMENTA.²

1. „Dum abluit manus. Lauabo inter innocentes . . . Oratio. Largire sensibus meis . . . augmentum sanctorum virtutum.“

2. „Dum manus tergit. Da dne virtutem manibus meis . . . valeam tibi seruire.“

3. „Exue me dne veterem hominem . . . sanctitate veritatis.“

¹ Missale diuinorum officiorum tam de tempore quam etiam de sanctis cum certis officiis annexis vtputa de transfiguratione dni de pestilentia etc. secundum chorum alme ecclesie strigoniensis, Nurenbergae die ultima mensis Augusti, per Ant. Koberger; cf. Weale-Bohatta nr. 1490. p. 248. et Hubay Ilona, Missalia Hungarica, Budapest 1938, p. 38.

² E missali impresso Strigoniensi 1484, fol. 11—12²; cf. adnotationem ad calcem Tab. XII.

4. „Ad humerale. Obumbra dne . . . totius ignorantie.“
5. „Alia. Humeros meos et pectus . . . sacrificandum deo viventi et regnanti in secula seculorum.“
6. „Ad albam. O. s. d. suppliciter exoro . . . vera sunt gaudia in secula seculorum.“
7. „Ad cingulum. Precinge lumbos . . . et corporis mei.“
8. „Ad manipulum. Manipulum innocentie . . . pro iniquitate mea.“
9. „Stola iusticie . . . purifica mentem meam.“
10. „Ad casulam. Indue me dne ornamento humilitatis . . . gloriosum quod est benedictum in secula seculorum.“
11. „Alia. D. eternorum bonorum . . . seruire concedas.“
12. „Oratio bona ac deuota ante accessum misse dicenda a sacerdote. O. et m. d. ecce accedo . . . reuelata tandem facie contemplari.“
13. „Oratio. sancti Ambrosij. Summe sacerdos et vere pontifex . . . nec sitiam in eternum.“

XIV. TAB. MISSA CATECHUMENORUM.¹

- I. *Oratio ante altare*. 1. „Dum uadit ad altare. Vias tuas dne demonstra mihi . . .“
2. „Ant. Veni sancte spiritus. Emitte . . . Oratio. D. qui corda . . .“
3. „Oratio. Assit nobis qu. dne uirtus spiritus sancti . . .“
4. „Ps. Judica me deus . . .“
5. „Confiteor deo omnipotenti . . .“
6. „Per gratiam sancti spiritus . . . Dns custodit te . . . Custodiat . . . Indulgentiam et absolutionem . . .“ Versiculi.
7. „Oratio. Pr. qu. o. d. ut reatus nostri confessio . . .“
8. „Aufer a nobis qu. dne iniquitates . . .“
9. „Oramus te dne per merita sanctorum . . .“
- II. *Praeparatio oblatorum* („proskomidia“).
1. „Quando infundit vinum et aquam in calicem. Ostende nobis dne . . . Et salutare . . . Dne exaudi . . . Et clamor . . . D. v. Oremus.“
2. „D. qui humane substantie dignitatem . . . particeps.“
3. „Oremus. Ex latere d. n. J. Ch. sanguis et aqua . . . suauitatis accipere.“
4. „Oremus. Fiat hec commixtio . . . spiritus sancti. Amen.“

XV. TAB. RITUS OFFERTORII.²

1. „Dicto euangelio vertat se ad populum dicens. D. v. Et legat offertorium. Deinde faciat crucem super oblatam et calicem dicens: Sanctifica qu. dne hanc oblationem . . . corpus et sanguis fiat.“
2. „Quando offert hostiam super altare dicat: Suscipe dne s. p. o. e. d. hanc immaculatam hostiam . . . vitam eternam. Amen.“
3. „Cum ponit dyaconus calicem super altare, sacerdos dicat hanc orationem: Offerimus tibi dne . . . ascendat. Amen.“
4. „Hic inclinet se humiliter et dicat: In spiritu humilitatis . . . placeat tibi dne d.“

¹ E Missali impresso Strigoniensi 1484. fol. LXXI'—LXXII sumpsimus partem II.: praeparationem oblatorum ante introitum; orationem „ante altare“, cum haec in Missali laudato desit, sumpsimus e Missali impresso Veronae 27. Aug. 1480. apud Petrum Maufer: Missale secundum ritum dominorum vltromontanorum fol. II—III; cf. Weale-Bohatta nr. 1488. p. 248 et Hubay, Missalia Hungarica 37.

² E Missali Strigoniensi impresso 1484, fol. LXXII. Cf. dicta supra ad Tab. XII.

5. „Sequitur oratio super hostiam cum signo crucis muniat dicens: Veni sanctificator . . . preparatum.“
6. „Cum ponit incensum in thuribulum dicat: Per intercessionem S. Michaelis . . . accipere.“
7. „Cum incensat calicem sacerdos dicit: Incensum istud . . . excusationes in peccatis.“
8. „Quando reddit thuribulum dyacono dicit: Accendat in nobis . . .“
9. „Hic inclinet se humiliter ante altare et dicat hanc orationem: Suscipe sancta trinitas . . . agimus in terris.“
10. „Erigens se deosculetur altare et vertens se ad populum dicat: Orate fratres et sorores . . . omnipotentem.“

XVI. TAB. ORDO IN PURIFICATIONE B. MARIAE V.¹

1. „Veniat ante altare et dicat: Asperges me. V. Ostende nobis. Oratio. Exaudi qu. dne plebem tuam . . . luce concede.“
2. „Ad processionem R. Gaude Maria. V. Post partum. Oratio. Famulorum tuorum.“
3. „Qua finita benedicatur nouis ignis. Dne s. p. o. e. d. benedicere et sanctificare digneris ignem istum . . . valeant pervenire.“
4. „Ant. Aue gratia plena dei genitrix.“
5. „O. s. d. qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis s. symeonis . . . saluatorem mundi.“
6. „Dne d. o. creator celi et terre rex . . . redemisti precioso sanguine filii tui.“
7. „Ant. Responsum accepit symeon . . .“
8. „Benedic dne J. Ch. hanc creaturam cere . . . contubernaliu eius.“
9. „Muta vocem ad modum prefationis. V. D. Qui per serenissimam ac placidissimam stellam . . . perfrui.“
10. „O. s. d. qui per moysen famulum tuum . . . cordibus interius.
11. „Qua finita cantor incipiat: Lumen ad reuelationem gentium . . . Et sic cantetur cum singulis versibus et interim accenduntur candelae.“
12. „Tunc sequitur oratio: Illumina qu. dne populum tuum . . . veraciter apprehendat.“
13. „Choratores in reuersione incipiant. Quod. chorus vatum.“
14. „Cum peruenerint ad chorum Sacerdos dicit. V. Responsum accepit symeon . . .“
15. „Da qu. dne populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem . . . gaudijs inserantur.“
16. „Tunc sequitur ant. Cum inducerent. Ps. Benedictus dominus. V. Suscepimus dne.“
17. „Oratio. Perfice in nobis dne qu. gratiam . . . eternam.“

XVII. TAB. ORDO IN DIE CINERUM.²

1. „In capite ieiunij exorcismus. Exorcizo te cinis in nomine patris qui te per ignem in fauillam conuerti precepit . . . finem constituent vitiorum.“
2. „Alia. O. s. d. parce metuentibus . . . anime tutelam percipiant.“
3. „Oratio. D. qui non mortem sed penitentiam desideras . . . consequi mereamur.“

¹ E Missali impresso Strigoniensi 1484. fol. CXVIII—CXIX'. Cf. dicta supra ad Tab. XII.

² E Missali impresso 1484. Strigoniensi fol. XVII—XVII'. Cf. dicta supra ad Tab. XII.

4. „Exaudi nos dne . . . Ps. Saluum me fac dne . . . Sequitur. Oremus. Dyaconus. Flectamus genua. Leuate.“
5. „Oratio. Cc. n. d. presidia militie christiane . . . muniamur auxiliis.“
6. „Ant. Immutemur habitu et cinere . . . Ps. D. misereatur nostri . . .“
7. „Ant. Juxta vestibulum et altare . . . Ps. Beati immaculati . . .“
8. „Interim quando canuntur antiphone, ponendi sunt cineres a sacerdote vel ab episcopo dicens: Memento homo . . .“
9. „Hoc finito sequitur R. Emendemus in melius. Ps. Miserere mei. Kyrie. Pater noster.“
10. „Exauditor omnium d. exaudi . . . tua nos misericordia consolers.“

XVIII. TAB. ORDO IN RAMIS PALMARUM.¹

1. „Hora tertia conueniant omnes clerici in ecclesia induti sollemniter vestibus sacris. Et sacerdos aspergat aquam benedictam incipiendo ant. Asperges me. V. Ostende nobis dne . . .“
2. „Oratio. Visita qu. dne plebem tuam . . . protegente custodiat.“
3. „Tunc exeuntes de choro cum plena processione ad locum preordinatum cantantes R. Ingressus pylatus cum. Quo finito cum repetitione mox incipit R. Circumdederunt me cum suo V. et repetitur R. quibus finitis ante missam dicitur V. Ne perdas cum impiis dne animam meam.“
4. „Oratio. Adiua dne fragilitatem . . . deuota mente perueniat.“
5. „His expletis sequitur salutatio a sacerdote dicens: D. v. — D. qui hodierna die . . . securus occurrat.“
6. „Lectio libri Exodi.“
7. „Sequitur a cantore: Collegerunt . . .“
8. „Euangelium. Cum appropinquasset . . .“
9. „Ant. Ante sex dies solennis pasce.“
10. „Sequitur exorcismus florium et frondium. Exorcizo te creatura florum et frondium . . . interdico tibi.“
11. „Oratio. Benedic + dne qu. hos palmarum et arborum ramos . . . dextera protegere digneris.“
12. „Oratio. D. cuius filius pro salute humani generis . . . valeant apparere.“
13. „D. qui per oliue ramum . . . proficiant ad salutem.“
14. „Oratio. O. s. d. qui d. n. J. Ch. hodierna die super pullum . . . consequi mereamur.“
15. „D. qui filium tuum unigenitum pro redemptione nostra . . . protegat quos redemit.“
16. „V. D. Mundi conditor omniumque creaturarum dispensator mirabilis . . . coronam accipere mereamur.“
17. „Tunc aspergentur rami et flores aqua benedicta et dicitur ant. Fulgentibus palmis prosternimus. Tunc diuidantur rami palmarum et frondium populis.“
18. „Deinde dicitur oratio: O. s. d. qui Ch. filii tui beata passione nos reparas . . . perpetua vivamus.“
19. „In redeundo incipiat cantor ant. Cum appropinquaret . . . Postea incipiant pueri ymnum Gloria laus et honor.“
20. „Tunc proiciant ramos palmarum ante crucem cantando: Pueri hebreorum.“
21. „Deinde proiciant uestimenta sua cantando Pueri hebreorum uestimenta . . . Chorus dicit: Et clamabant dicentes . . . Qua finita sequitur a sacerdote: Scriptum est enim percutiam pastorem. Chorus: Et dispergentur oues gregis . . .“

¹ E Missali impresso Strigoniensi 1484. fol. XLVII—XLVIII. Cf. dicta supra ad Tab. XII.

22. „Qua finita omnes prosternant se crucem salutando et interim cantetur ista ant. Ceperunt omnes turbe.“

23. „Deinde sequitur oratio: Auge fidem in te sperantium... introeamus eternum.“

24. „Intrantibus cimiterium incipiatur R. Ingremente dno. V. Cumque audisset.“

25. „Et sic cantantes perueniant ad portas ecclesie et ibi dicatur oratio: D. qui miro ordine... participes esse mereamur.“

26. „Intrante clero incipiatur ant. Turba multa. Ps. Benedictus. Oratio. Adiuua nos deus salutaris...“

XIX. TAB. ORDO FERIAE VI. IN PARASCEVE.¹

I. Adoratio crucis.

1. „Duo acoliti preparati portent crucem velatam de sacrario sequentibus presbiteris casulis indutis et cantantibus versus subsequentes: Popule meus. Sequitur a duobus cantoribus: Agyos... Deinde chorus dicat: Sanctus deus...“

2. „Tunc sint ibi tapetia strata ad prosternendum domino pontifici et ipse pontifex siue sacerdos discooperiat crucem et incipiat alta voce: Ecce lignum crucis. Chorus: In quo salus... venite adoremus. Ps. Beati immaculati. Iterum dicat sacerdos: Ecce lignum crucis. Et tercio altius: Ecce lignum crucis. Ant. Dum fabricator mundi...“

3. „Tunc duo pueri vociferati cantent: Crux fidelis.“

4. „Sequuntur orationes ad adorandam crucem. Dne J. Ch. deus verus de deo vero, qui per redemptionem... sint incursione securi.“

5. „D. qui moysi... participes esse mereamur.“

6. „Dne J. Ch. qui nos per crucis passionem... ad vitam eternam valeam peruenire.“

7. „Tunc pontifex siue sacerdos salutet crucem cum omni clero et populo.“

II. Missa secca.

1. „Postea duo dyaconi accipientes corpus dni pridie reseruatum cum ministris et luminaribus ac thuribulo portent coram altari hos V. cantando: Laudes omnipotens ferimus tibi...“

2. „His finitis extendat archidyaconus corporale super nudum altare. Tunc procedens eppus siue sacerdos ante altare et faciat communem confessionem videlicet Confiteor deo, et osculetur altare. Corpus dni et calicem sine sacrato vino et aqua mixto de manu archidyaconi accipiens cantante ipso communionem: Hoc corpus quod pro vobis tradetur...“

3. „Et hoc dicto super altare ponens calicem ordinansque oblatas humilissime dicat: Suscipe sancta trinitas...“

4. „Qua finita dicat lenta voce: Preceptis salutaribus...“

5. „Neque pax dni nec agnus dei dicatur, nec osculum detur, sed sacerdos accipiens corpus dni mittatque in calicem nihil dicens et sic sacratur vinum. Interim sumat corpus dni dicens: Corpus d. n. J. Ch. conseruet animam meam in vitam eternam. Amen.“

6. „Quando sumit sanguinem nihil dicat. Deinde singuli communicantes et in sua redeunt loca. Vespera cantatur priuatim, sed ps. sine gloria patri.“

¹ E Missali Strigoniensi impresso 1484. fol. LXIII—LXIV. Cf. dicta supra ad Tab. XII.

III. Locatio sepulchri Domini.

1. „Tunc sacerdos exuta casula cum ministris suis recondat crucem cum sacramento in medio ecclesie ad modum dominici sepulchri et corpus domini collocetur super pectus crucis. Adhibito thuribulo cum incenso cantando istud R.“

2. „Hierusalem luge.“

3. „Vel ant. Ecce vidimus eum.“

4. „Plange quasi virgo.“

5. „Recessit pastor noster.“

6. „Ecce quomodo moritur iustus.“

7. „R. Sepulto domino.“

8. „Tunc dicat sacerdos. V. Adoramus te Christe . . . Chorus: Quia per crucem . . . V. Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. Chorus: Psalmum dicat nomini tuo.“

XX. TAB. ORDO IN SABBATO SANCTO.¹

I. Benedictio ignis.

1. „Item ornetur ecclesia omnibus ornamentis et utensilibus suis. Hora sexta. conueniat omnis clerus in ecclesiam et preparet se vnusquisque vestibus solennibus ad suum ordinem, sicut mos est. Deinde procedant ad ignem de silice excussum cum plena processione at aqua benedicta et thuribulo, tamen sine igne. Legendo satis alte psalmos XV. graduum, scilicet Ad dnm cum tribularer sine gloria patri vsque ibi: Laudate nomen dni.“

2. „Et benedicat sacerdos ignem in hunc modum: Oremus. D. s. p. o. e. d. in nomine tuo et in nomine filii tui d. n. J. Ch. benedicimus hunc ignem cum cera et omnibus alimoniis . . . calore fidei clarifica.“

3. „O. d. mundi conditor . . . offerimus maiestati.“

4. „D. qui per filium tuum angularem . . . mentibus pertingere valeamus.“

5. „Dne d. n. p. o. exaudi nos lumen indeficiens . . . ad uitam eternam peruenire mereamur.“

6. „Dne s. p. o. e. d. benedicientibus nobis . . . cooperare dignare et adiuua nos.“

7. „Tunc aspergat sacerdos ignem aqua benedicta. Moxque accendantur candelae. Redeuntibus vero in ecclesiam cantentur a duobus clericis isti versus: Inuentorutuli dux bone luminis . . .“

II. Benedictio cerei.

1. „Tunc sacerdos vel dyaconus dicat: Exultet iam angelica turba . . . et gloriosissimo rege nostro N. eiusque nobilissima prole N. et antistite nostro N. cum omni familia . . .“

2. „Oratio sequitur a sacerdote: D. qui diuitias misericordie . . . obnoxios patiaris esse offense.“

III. Benedictio fontis.

1. „Lector stans ante altare sine titulo dicat: In principio . . . Oremus. D. quiⁱ mirabiliter hominem . . .“

2. „Prophetia. Factum est in vigilia matutina . . . Tractus. Cantemus dno. Oratio. D. cuius antiqua miracula . . .“

3. „Prophetia. Apprehendent septem mulieres. Tractus. Vineam factam est. Oratio. D. qui nos ad celebrandum . . .“

4. „Prophetia. Hec est hereditas. Tractus. Attende celum et loquar. Oratio. D. qui ecclesiam tuam semper gentium . . .“

¹ E Missali impresso Strigoniensi 1484. fol. LXIV^o—LXXI. Cf. dicta supra. ad Tab. XII.

5. „Tractus. Sicut ceruus desiderat. Oremus. O. s. d. respice propitius ad deuotionem . . . corpusque sanctificet.“

6. „Tunc ordinentur cruces et vexilla et euangelium et capsula et sanctum oleum et crisma et reliqua ad benedictionem fontis necessaria. Deinde officians sacerdos cum cuncto clero et omni ornatu ecclesie procedat ad fontem et duo cerei portentur ante eum usquedum omnia finiantur. Letania videlicet et septena.

7. „Euntibus autem ad fontem cantetur hymnus: Rex sanctorum angelorum . . .“

8. „Deinde sacerdos dicit legendo: Pater noster et Credo. V. Dne apud te est fons vite. Et in lumine tuo videbimus lumen. D. v. Oremus. O. s. d. adesto magne pietatis . . .“

9. „V. D. Qui inuisibili potentia . . .“

10. „Finitis autem omnibus redeant ad chorum, duobus cantoribus cantantibus sollemniter letaniam. Sed tamen vsquedum ter dicatur: Vt fontem istum, maneant iuxta fontem, qua finita inchoatur missa hoc modo: Kyrie eleyson . . . Deinde sacerdos incipiat clara voce laudem angelicam.“

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár

I. PARS:
LIBRI LITURGICI MANU SCRIPTI AD MISSAM
PERTINENTES

1. SACRAMENTARIA.

I. SACRAMENTARIUM GELASIANUM (FRAGMENTARIUM)
ITALIAE SEPTENTRIONALIS (S. VIII).

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 441.)

Membranaceum — ff 4 — ultima pars tertia saeculi VIII. — scriptura uncialis unica columna — excisum e tegumento libri cuiusdam — litterae initiales 33 rubro, fulvo, fusco, viridi et aureo colore depictae.

POSSESSOR: Olim Nic. de Jankovich, a quo Musaeum Nationale fragmenta comparavit.

SCRIPTOR: Sec. P. Lehmann sine dubio oriundus ex Italia septentrionali, credibiliter Veronensis erat, et probabiliter passus est influxum insularem e centro non multo distante (monasterium Bobiense?)

PROVENIENTIA: C. Mohlberg probavit fragmenta haec sat magni momenti esse et repraesentare testem novum traditionis Gelasianae saeculi VIII. in Italia septentrionali. Fragmenta intima relatione cohaerent cum Gelasiano traditionis Alamannicae, uti optime in codice Sangallensi 348. conspicitur.¹ Considerari possunt, ut tenues reliquiae tentaminis transplantandae liturgiae Romanae loco Ambrosianae Mediolanum.

BIBLIOGRAPHIA: P. Lehmann, Mitteilungen aus Handschriften, Sitzungsberichte der Bayrischen Akademie der Wissenschaften, Phil. hist. Abteilung 1938, 4. S. 7—19. — C. Mohlberg, Note su alcuni sacramentarii. I. Nuovi frammenti di un sacramentario Gelasiano dell'Italia settentrionale: Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia 16 (1940) 131—151; textum totum publicat cum commentario p. 160—170. — BCat p. 397.

f. 1: (In sexagesima ad sanctum Paulum) incipit cum verbis praefationis: „... *sempiterna contendat*“, = formulae nr. 237—239 Sangallensis 348, quas etiam infra semper citabimus.

f. 1—1.: „*Dominica in quinquagesima*“, = formulae nr. 240—245.

f. 1.—2.: „*Ordo agentibus publica penitentia, suscipies eum IIII feria mane in capite quadragesime, et cooperis eum cilicio, oras pro eo et inclavdis vsque ad cena domini. Qui eodem die presentatur in gremio ecclesie et prostrato eo omni corpore in terra, dat orationem pontifex super eum ad re conciliandum in quinta feria cene domini sicut ibi continetur. Orationes super penitentem.*“ = formulae nr. 246—250.

f. 2': „*Feria IIII caput de ieiuniis statio ad sanctam savinam ad collectam*“, = formula nr. 251.

¹ K. Mohlberg, Das fränkische Sacramentarium Gelasianum in alamannischer Überlieferung, 2. ed. Münster i. W. 1939.

Post f. 2: lacuna, desunt folia continentia formularia nr. 252—293.

f. 3: (Feria IIII. ad sanctam mariam ad presipe.) incipiens a verbis praefationis: „... sit acceptabilem (!) ieiunium nostrum“ = formulae nr. 294—296.

f. 3—3': „Ebdomada I. Feria V ad sanctum laurentio in formonso.“ = formulae nr. 297—302.

f. 3'—4: „Ebdomada I. feria VI ad apostolos.“ = formulae nr. 303—308.

f. 4—4': „Ebdomada sabbato ad sancto petro in XII lectiones.“ = formulae nr. 309—314.

2. SACRAMENTARIUM O. S. B. BOLDVENSE (CODEX PRAYANUS; 1192—1195).

(*Mus. Nationale „Nyelvmélekek I.“*)

Membranaceum — ff XXVIII + 144 — 23.5×15 cm. — saec. XII. ex. — scriptura minuscula Carolingica, una columna — f. I—III: prima manus; f. V—XXVI: secunda manus; f. 1—142': tertia manus; adnotationes a variis manibus exaratae — tegumentum e charta grossa (s. XIX.) nunc a codice separatum est — notae musicae unius lineae — litterae initiales simplices rubrae; 5 imagines (f. XXVII—XXVIII') calamo delineatae.

POSSESSOR: f. 2. in summo margine: „Capituli Poseniensis Litt. M. 1633.“ Capitulum Poseniense primis decenniis saeculi elapsi codicem hunc una cum multis aliis pretiosissimis libris manu scriptis et incunabulis Bibliothecae Regnicolaris Széchényianae Musaei Nationalis noviter erectae (1802) dono obtulit. Bibliothecarius primus: Stephanus Horváth (1784—1840) anno 1812 Posenii Bibliothecam Capitularem, instigante Archiduce Josepho, Palatino Hungariae, perlustravit atque elegit libros Musaeo donandos.¹ Donatio haec magnifica die 13. Jan. 1813. effecta est; Jos. Dankó, praepositus maior Poseniensis (†1895) documentum adhuc vidit, quo manuscripta et libri Capituli per manus canonici custodis Andr. Melzer consignati cessique sunt Musaeo Nationali.²

SCRIPTOR: „Manus tertia“, scriptor ff 1—142', inter annos 1192—1195 opus suum complevit, nam in Calendario iam meminit „eleuacionis sci Ladizlai regis“ a. D. 1192. factae. Simul cum Calendario in eodem fasciculo (pecia) scripsit Chronicon, in quo nondum meminit Belam III. regem mortuum esse, nec ullius facti post annum 1195. Sacramentarium autem tum maius, tum supplementare, ut C. Kniewald ostendit, tam arcte inter se cohaerent, ut supponi debeant eodem tempore scripta esse.³ — Manus autem „secunda“ et „prima“ ante „tertiam“ scripserunt; enimvero Micrologus a manu secunda scriptus supponit ordinem missae in Sacramentario maiore contentum; e. gr. Cap. XXIII. Micrologi omisum est, cum non concordasset ordini missae in Sacramentario laudato contentae.⁴ „Manus prima“ autem introductionis instar ad Micrologum conscripsit decreta synodalia (f. I—IV) inter alia Micrologum ab omnibus tenendum praescribentia. — Scriptores hi tres, coaevi habendi, ut patet e statim dicendis, monachi Benedictini abbatiae Boldvensis erant.

PROVENIENTIA. Codex Prayanus, sic nuncupatus a G. Pray S. J., qui eum primo adlegavit, maximi momenti est pro cognoscenda historia liturgiae Hungariae. Codex opus collectaneum est. Post 1. decreta synodorum habitorum c. 1100

¹ Cf. uberiora: Kollányi Ferenc, A Széchényi Országos Könyvtár őrének kinevezése körül felmerült kérdések 1812-ben, MKSz 1904, 37.

² VH (1893) 113 p.

³ Cf. uberius MKSz 1939, 46—49.

⁴ C. Kniewald in Theologia, 1939, 110 p.

sub Colomanno rege (f. I—IV^o) sequitur 2. „Libellus in romano ordine“, i. e. Micrologus Bernoldi Constantiensis (f. V—XXVI^o); deinde post 3. Kalendarium, tabulas computisticas et Chronicon (f. 1—16^o) 4. Sacramentarium maius (f. 17—129), distinctum per 5. breve Rituale (f. 129^o—136^o) a 6. Sacramentario supplementari (f. 137—142^o).

Codicem pro monasterio O. S. B. scriptum esse certum est tum e festis ordinis huius,¹ tum ex his orationibus: „Familiam huius sacri cenobii quesumus domine, intercedente beato Benedicto confessore tuo perpetuo gubernamoderamine“ (f. 108^o—109). Hoc coenobium in Hungaria fuisse omnino clarum est e Sanctotali sanctos patronos Hungariae uberrime complectente,² item e Chronicis historiam Hungaricam enarrantibus; demum „sermone super sepulchrum“, quod primum maius monumentum linguae nostrae extat. — Monasterium hoc Hungaricum pro patrono S. Joannem Baptistam veneratum est: „... pro cuncta congregacione sci johannis baptiste ac familia eius... qui locum istum in honore sce marie et sci johannis baptiste consecrasti“ (f. 106. 133) — Adnotatio posterioris manus autem prodit locum exactum huius monasterii S. Joannis: „Monasterium iohannis b(aptiste) comburitur iuxta bulduam situm“ (f. 16.) Iure meritoque concluditur ergo, codicem Prayanum pro abbata O. S. B. Boldvensi exaratum fuisse.

Inter annos 1203—1216 testibus adnotationibus (f. 144. f. XXVI) codex noster in abbata Cluniacensi Somogyvár erat, et quidem ante 1216, nam Innocentius III. videtur adhuc inter vivos esse. — Anno 1228 adnotatur consecratio ecclesiae O. S. B. in Deáki sitae (f. 10), tunc ergo iam in cella benedictina ibidem in contignatione ecclesiae existente erat codex. — Medio fere saeculo XIII-o codex iam Posenii erat, uti videri potest ex adnotationibus (f. 15.) relate ad familiam Poseniensem Chukar, et quidem in usu presbyterorum saecularium, nam benedictiones s. XIII. adnotatae officium 9 lectionum supponunt (f. III^o) et non 12 officii monastici.

ADNOTATIONES. Recensentur omnes adnotationes aliarum manuum.

1) f. III^o: manu s. XIII.: „*In nativitate domini benedictiones super lectiones... In apparicione domini benedictiones super lectiones...*“ Ut iam dictum est 9 et non 12 benedictiones habentur.

2) f. III^o: manu s. XIII.: *Regula numerandi cyclum decemnovalem lunarem*³ e Massa computi Alexandri de Villa Dei,⁴ uti ostendit E. Bartoniek.⁵

3) f. IV: manu s. XIII.: *Regula de inveniendis 5 terminis anni: „Si vis scire punumquemque quinque capitalium terminorum anni... non in illa sed in sequenti dominica.“*

4) f. IV: manu s. XIII.: Allegorica expositio nominum *Zodiaci*: „*Signum aquarii quare... amisit benedictionem patris.*“ Textum desumptum esse e glossis Bridferthi Ramesiensi (c. 980) ad opus Venerabilis Bedae „*De temporum ratione*“, sed non in forma interrogativa, ostendit M. Zalán.⁶

5) f. IV: manu s. XIII.: *Series dierum infaustorum*: „*Isti sunt dies, in quibus non exeat, non causas querat, non plantas, aut non animalia domites, non metes, non vindemias, non sanguinem minuat, quia nocent. Infans si natus fuerit, mala morte morietur...*“⁷

6) f. IV^o, columna a): manu s. XIII.: *Computus 40 versuum*: „*Aureus in iano numerus clavesque novantur... numeratur in anno.*“ 20 versus e Computu

¹ C. Kniewald MKSz 1939, 19 22. 23.

² Cf. uberius Kniewald—Kühár: Pannonhalmi Szemle 1939, 11—19.

³ Textum v. publicatum a M. Zalán MKSz 1926, 263.

⁴ R. Steele, Opera haecenus inedita Rogeri Baconis, fasc. VI. Computus fr. Rogeri, accedunt... Massa computi Alexandri de Villa dei, Oxonii 1926, vers 141—143.

⁵ Bartoniek MKSz 1931, 137—139. — Cf. adhuc Heilig, Századok 1933, 58—60.

⁶ MKSz 1926, 261, ubi et textum publicavit, correctum a Kniewald, MKSz 1939, 421.

⁷ Totum textum v. M. Zalán MKSz 1926, 262. — De festis sanctorum in serie hac occurrentium Heilig, Századok 1933, 60—62 et Kniewald MKSz 1939, 422.

Alexandri de Villa Dei, 2 e Computu Roberti de Grosseteste († 1253) desumpti sunt, ceteri ignotae originis.¹

7) f. IV'; columna b): manu s. XIII: Cisiolanus, inter 1192—1228 scriptus, nam S. Ladislaus iam, S. Franciscus vero nondum continetur in eo; in Hungaria pro aliqua abbatia O. S. B. confectum esse ostendit Kniewald.²

8) f. IV', columna b) manu s. XIII: Cento liturgicus: Introitus Dom. Quinquag.; Grad. Dom. I. Quadr.; Comm. fer. V. post Dom. III. Quadr.

9) f. XXVI': manu s. XII. ex.: Nota de antichristo: „*Et cum fuerint anni completi mille ducenti et decies enim post partum uirginis alme tunc antixps.*“³

10) f. XXVI': manu s. XIII: „*Ergo qui soluendi ius non habent... diffidunt iure et potestate.*“ Sec. C. Kniewald particula operis Bernardi Archiepiscopi Spalatensis (1199—1217) „*Contra Haereticos*“, qui inter 1204—1210 commendator abbatiae de Somogyvár fuit; manus hanc adnotationem scribens eadem est reuera, ac manus prosam describens S. Aegydi, patroni dicti coenobii.⁴ f. 144'.

11) f. 10: In tabula magna paschali anni 1151—1182 acti sunt et loco rasurae adnotatio legitur: „*Anno ab incarnatione dni M-o CC-o XX-o VIII-o XVIII. Kal. decembres consecrata est hec ecclesia in honore beate Marie uirginis a uenerabili Jacobo Nitriensi episcopo...*“; dein sequitur enumeratio reliquiarum. Hanc ecclesiam sine dubio fuisse in pago „*Dyaqui*“ (nunc Deáki) in „*terra Sala supra Wag*“ e documentis ostendi potest; munus consecrandi hanc ecclesiam Gregorius IX. commisit reuera Jacobo episcopo Nitriensi et Vacienti. Ecclesia haec ad abbatiam S. Martini in S. Monte Pannoniae pertinebat.

12) f. 10, col. b): Adnotatio de regibus Hungariae: „*Hec est uita regum ungarorum... Andreas rex sex.*“ Unde iure concluditur adnotationem anno sexto regis Andreae II. (1205—1235) factam esse, i. e. a. D. 1211.

13) f. 12': Loco vacuo post tabulam magnam paschalem manus s. XIII. orationem scripsit pro recuperatione terrae sanctae: „*Deus qui ammirabili providencia...*“

14) f. 12': Ibidem alia manu s. XIII. scripsit officium paruum B. Mariae V.: „*(In)uitatorium Aue maria Misus est gabriel angelus... (In) uitatorium de natiuitate dni Christus natus est nobis, uirgo uerbo concepit...*“

15) f. 12': Ibidem alia manu s. XIII: Benedictio perarum peregrinantium: „*Domine deus inuicte potencie pietatis immense... cum gaudio in nomine patris et f. et sp. s.*“⁶

16) f. 14—15: manu s. XIII: Adnotationes historicae in secunda tabula paschali: „*Aduentus Bele regis*“ ad annum 1171. — „*Eleuacio S. Ladyzlai*“ ad annum 1192. — „*o (biit) Bela rex*“ ad annum 1196. — „*Vxor Johannis occiditur et uxor Chucar a cumanis captiuatur*“, ad annum 1241.⁷

17) f. 27: manu s. XIII: Lectio Jac. 1, 2—12 et euangelium „*secundum Matheum*“ Jo. 15, 1—7.

18) f. 33': Manu s. XIII: Confiteor et tres orationes Alcuini: „*Domine ihu xpe qui hora diei tertia... paradisum introire gaudentes concedas.*“⁸

¹ R. Steele op. cit. versus 1. 3. 7. 22. 24—26. 121—123. 133—136. 273. 188. 190; item p. 257. Cf. de his uberius E. Bartoniek MKSz 1931, 137—139.

² Textum v. M. Zalán MKSz 1926, 266—269. — Kniewald MKSz 1939, 422—424.

³ Cf. Kniewald MKSz 1939, 417.

⁴ C. Kniewald MKSz 1939, 417—419, ubi etiam textus in extenso legi potest.

⁵ Cf. F. Kühár, Mária-tiszteletünk a XI. és XII. sz. hazai liturgiájában, Bpest, 1939, 19.

⁶ Cf. textum apud M. Zalán, MKSz 1927, 47—48 p.

⁷ Cf. de his adnotationibus Szentpétery, Scriptorum rerum Hungaricarum, Bpest 1937, I, 121—122 p. — Quoad ultimam adnotationem: Pannonhalmi Sz. Benedek-Rend története I, 463—465; M. Zalán MKSz 1927, 269—270.

⁸ V. textum apud Kniewald Theologia 1939, 27.

19) f. 72': Infra orationes Annuntiationis in calce folii a manu s. XIII—XIV. adiectae leguntur orationes Joseph Aegyptiaci: „*D. qui per absolucionem somnii b. ioseph de carcere eduxisti et per opera misericordie tue apud pharaonem gratiam contulisti, tribue quesumus, ut per eius interuencionem ad gaudia eterna peruenire mereamur. — Munera domine que in commemoracione b. ioseph prophete tue maiestati deferimus, placatus respice et ad perpetuam tribue peruenire salutem.*“ — (f. 73 in calce) „*co(mmunio.) Diuina libantes quesumus domine ne nos tua misericordia derelinquat et per preces iusti ioseph debitas semper laudes referamus.*“

20) f. 101'—102: in margine cum notis neumaticis 4 linearum, manu s. XIII: „*Alleluia. Dulcis mater dulcis uirgo dulcia ferrens(!) ubera . . .*“ — Item ab eodem manu in margine f. 102; etiam cum notis neumaticis: „*Se(quentia) Mira mater exitisti uirgo deum peperisti nulla parem remisisti . . .*“ sequentia haec hucusque tantum in Missali impresso Zagrabienensi 1511. inueniebatur.¹

21) f. 117 in calce folii: Manu semicursiva s. XIII: *Benedictio annuli*: „*Benedic dne hunc anulum . . . et multiplicetur in longitudine dierum.*“ = RStr.

22) f. 142 textus originalis rarus est et manus s. XIII. sermonem pro defunctis scripsit: „*Domine si fuisses hic etc. J. Ch. qui solus animas de inferno liberauit . . . anime sanctorum illuc congregabuntur.*“

23) f. 143—144' est appendix variis manibus in Somogyvár scripta inter 1203 (incendium monasterii Boldvensis) et 1216 quod statim probabitur. — F. 143: „*L(ectio) Ezechielis prophete*“ Ez. 1, 10—14, lectio in missis evangelistarum. — „*L(ectio) l(ibri) Sapiencie*“ Eccli. 50, 1. 4. 5. 6. 8. 7. Kniewald, ut puto, iure suspicatur, hanc lectionem seruasse pro missa S. Ladislai regis et confessoris, fundatoris abbatiæ dictae, tunc temporis recenter canonizati. — f. 143': „*Inicium S. ev. s. Johannem*“ — „*S(ecundum) Marcum*“ Mc. 13, 33—37. — f. 144: „*Jeronimi presbiteri. Sapiencie.*“ Sap. 7, 7—14. — „*Evangelium vigilate quia nescitis*“, verisimiliter Mt. 24, 42. S. Hieronymus valde veneratus in ecclesia Spalatensi, forsán tempore, quando Bernardus archiepiscopus commendator abbatiæ fuit (1204—1210), proprias lectiones accepit.² — f. 144: eadem manu s. XIII. quae adnotationem f. XXVI' de haereticis scripsit et hymnum S. Aegydi: „*Has orationes composuit apostolicus et dicit sepius. A cunctis nos quesumus domine mentis et corporis . . .*“ (tres orationes). Manus ergo haec Somogyváriensis ante annum 1216 scripsit, nam *Innocentius III.* orationis supradictae auctor, adhuc inter vivos censetur esse („apostolicus“ sine nomine, et „dicit“). — f. 144': manu eadem: „*Clemens et benigna fugi laude digna . . .*“ *sequentia* B. Mariae V. secus inedita.³ — Ab eadem manu: „*Sonent ymni deo digni in hac die tam insigni clangore tube ductili . . . ob uirum deo carum sancti patris egidij . . .*“ sequentia de S. Aegydio. (Chev. nr. 19211.)

BIBLIOGRAPHIA: G. Pray, Vita S. Elisabethae viduae necnon B. Margaritae virginis, Tyrnaviae 1770, p. 249. — J. Sajnovics, Demonstratio idioma Hungarorum et Laponum idem esse, 1770, p. 3—8. — G. Pray, Dissertatio historico-critica de s. dextera divi Stephani primi Hungariae regis, Vindobonae 1771, p. 17. 38. 43—48. — Idem, Dissertatio historico-critica de S. Ladislao Hungariae rege, Posonii 1774, p. 8. 19. 22. — Idem, Dissertationes historico-criticae de S. Salomone rege et Emerico duce Hungariae, Posonii 1774, 72—73. — Idem, Specimen hierarchiae Hungaricae complectens seriem chronologicam archiepiscoporum et episcoporum Hungariae cum rudi dioecesium delineatione adiectis si quae sunt, peculiar. praerogativis, ut plurimum ex diplomatibus congestum, Posonii et Cassoviae I, 1776, p. 242; II, 1779, p. 47. 286. — Idem, Diatribe in dissertationem historico-criticam de S. Ladislao Hungariae rege . . . ab Ant. Ganoczy conscriptam, Posonii et Cassoviae 1777, p. 4. 211—231.

¹ Chev. nr. 11558. — Cf. adhuc: Kúhár, Máriatiszteleitünk etc. p. 17—19. — Rajeczky B, A Pray-kódex két Mária himnusza, Magyar Kórus 1942.

² De his lectionibus Kniewald MKSz 1939, 438—439 p.

³ Cf. Kúhár, A. Máriatiszteleit etc. p. 17. — Rajeczky Benjamin, A Pray-kódex két Mária himnusza, Magyar Kórus 1942.

218 nota. — J. Koller, *Historia episcopatus Quinqueecclesiarum I, Posonii 1782*, p. 382—414. — J. Batthyány, *Leges ecclesiasticae Regni Hungariae II, Albae Juliae 1785*, p. 120—128. 130—196. — N. Révai, *Antiquitates I, 1800*, 6—20. 100. 341. — O(cskay) A(ntal), *A pesti múzeumi kódex részletes taglalata, köszöntetett észrevételekkel, Régi magyar Nyelvmélték I, Buda 1838, LXII—CIV.* — Toldy Ferenc, *Magyar nemzeti irodalomtörténet, 3. kiad. I, Pest 1862*, 93—119. — Knauz MSion 1868, 805. — Idem, *Kortan p. 117. nr. 1.* — *Archiv für österreichische Geschichte 1870*, 502—506. — Békési Concilia Emil, *Irodalmi felfedezés, Új MSion 1874*, 425—434. 529—537. — Fejérfataky László, *Vallásirodalom az Árpádok alatt, Figyelő 1877*, 93—97. — Fraknoi Vilmos, *A Pray-kódex, MKSz 1879*, 275—280. — 1882 KE nr. 1. 2. 61. 110. — Fl. Mátyás, *Fontes domestici III, Budapest 1884*, p. III—V. 208—213. — Dankó József, *Magyar bibliographiai érdekességek: az Ordinariusok, MKSz 1886*, 116—122. — Idem *VH p. 113. nr. 55.* — Pauler Gyula, *A magyar nemzet története az Árpádok alatt, I, Bpest 1893*, 463, 662. — Zolnai Gyula, *Nyelvméltékünk a könyvnyomtatás koráig, Bpest 1894*, 51—72. — Széchy Károly, *A Pray-kódex ügyében, Irodalomtörténeti Közlemények 1895*, 1—23. — Sebestyén Gyula, *A Pray-kódex kora, MKSz 1898*, 46—51. — R. Prikkel Marián, *A Pray-kódex, A Pannonhalmi Sz. Benedek-Rend története I, Bpest 1902*, 439—470. — Karácsonyi János, *Hol írták a Halotti beszédet? Magyar Nyelv 1925*, 221. — Hóman Bálint, *A Szent László-kori Gesta Ungarorum XII—XIII. századi leszármazói, Bpest 1925*, 76. — Zalán Menyhért, *A Pray-kódex forrásaihoz, MKSz 1926*, 246—278. — Idem, *A Pray-kódex benedictiói, MKSz 1927*, 44—66. Cf. *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft 1927*, 291—292. — Idem, *A Pray-kódex írásának helye és további sorsa, MKSz 1927*, 247—274; cf. *Jahrbuch cit. 1928*, 381—382. — Idem, *A Pray-kódex foltámadási szertartása és misztériumdramája, Pannonhalmi Szemle 1927*, 97—104; cf. *Jahrbuch cit. 1927*, 292. — Idem, *Das früheste Vorkommen d. Festes Praesentatio B. M. V. im Abendlande, Ephemerides liturgicae, Roma 1927*, 188—189. Cf. *Jahrbuch cit. 1928*, 311; L. Eisenhower, *Handbuch der kath. Liturgik, 2. Aufl. I, Freiburg i. B. 1941*, 599; cf. tamen etiam *Lexikon f. Theol. u. Kirche VI, 937* — Ernyey József, *A Pray-kódex termőhelye és eredeti rendeltetése, MKSz 1927*, 67—83. — C. Mohlberg, *Das älteste Sakramentarum Ungarns und eine wiedergefundene Micrologus-Handschrift, Ephemerides liturg. Roma, 1927*, 68. — Hoffmann p. 66—67. — Pintér Jenő, *Magyar irodalomtörténet, I, Bpest 1930*, 263—268. — Bartoniek Emma, *Alexander de Villa Dei Massa Computi-ja a Pray-kódexben, MKSz 1931*, 137—139. — Heilig Konrád, *A Pray-kódex néhány problémája, Századok 1933*, 55—60. — Szentpétery Imre, *Scriptores rerum Hungaricarum I, Bpest 1937*, 121—127. — F. A. Gombos, *Catalogus fontium historiae Hungaricae aeo ducum et regum ex stirpe Arpad descendantium I, Bpest 1938*, 181. — Kniewald Károly, *A Pray-kódex Sanctoraléja, MKSz 1939*, 1—53. — Idem, *A Pray-kódex miserendje, Theologia 1939*, 1—27. 97—111. — Idem, *A Pray-kódex tartalma, kora, jelentősége, MKSz 1939*, 413—455. — Kühár Flóris, *A Pray-kódex rendeltetése, sorsa, szellemtörténeti értéke, MKSz 1939*, 213—233. — Idem, *Kanonokok és szerzetesek litániája a Pray-kódexben, MKSz 1939*, 67—69. — Idem, *Előterjesztés a Pray-kódex kiadásáról, Bpest 1939*, Sz. István Akadémia. — Idem, *Mária-tiszteletünk a XI. és XII. sz.-ban (Sz. István Akadémia Hittud. és böles. oszt. értek. III, 3), Bpest 1939*, p. 3—7. — Kniewald—Kühár, *Magyar szentek ünnepei és miséi a Pray-kódexben, Pannonhalmi Szemle 1939*, 11—19. — BCat p. 1—5. — RInd nr. 20. — Berkovits Ilona, *A magyar miniatúrafestészet kezdetei, Árpád-kor, Magyarságtudomány 1924*, 508—509. — Rajeczky Benjamin, *A Pray-kódex két Mária-himnusza, Magyar kórus 1942.* — Radó Polikárp. *A Pray-kódex, Irodalomtörténet 1944.*

CONCORDANTIA FOLIATIONIS CODICIS PRAYANI. Quia ordo foliorum codicis decursu temporum inversus erat, successive tres numerationes foliorum in usu erant. Antiquissima saeculo elapso folia, dein paginas numeravit. Nova numeravit folia et numeris Romanis ante et post corpus codicis aliqua folia. Novissimam introduxit post ordinationem codicis a C. Kniewald factam E. Bartoniek (BCat p. 1—5); quae nunc sequenda est. Ut in citando codice per varios auctores rectum tramitem inveniamus, adiciamus concordantiam sequentem.

Numeratio antiquissima	Numeratio nova	Numeratio novissima
f. I—IV'	f. I—IV'	f. I—IV'
p. 313—330	f. XVI—XXIV'	f. V—XIII'
p. 311—312	f. XV—XV'	f. XIV—XIV'
f. 1—14'	f. XXV—XXXVI'	f. XV—XXVI'
f. 15—16'	f. V—VI'	f. XXVII—XXVIII'
f. 17—152'	f. 1—136'	f. 1—136'
p. 331—346	f. VII—XIV'	f. 137—144'

f. I—III: *Decreta synodorum habitorum sub Colomanno rege (1095—1116)* „*In primis interpellandus est rex, ut cause clericorum uel ecclesiasticarum rerum canonice finiatur . . . sed opus fornicarium reputetur.*“ Totum textum inuenies apud S. L. Endlicher, *Monumenta Arpadiana*, S. Galli 1848, 351—357. 373—374; Závodszy Levente, A Sz. István, Sz. László és Kálmán korabeli törvények, Bpest 1904, 196—208.

f. III'—IV': manus prima vacua reliquit; v. inter adnotationes p. 32 s.

f. V—XXVI': „*Incipit libellus in romano ordine.*“ En novo argumento confirmata hypothesis G. Morin, auctorem *Micrologi* fuisse *Bernoldum Constantiensem*, qui tempore *Henrici IV.* librum composuit teste *Honorio Augustodunensi*, cui titulus erat: „*Ordo Romanus.*“¹ Textum „*Micrologi*“ in codice nostro inuenies *I. Batthyány*, *Leges ecclesiasticae Regni Hung. II, Albae Juliae 1785*, 130—196; 2. ed. *Claudiopoli 1827*, 130—207. Propter ordinem missae a *Micrologo* discrepantem ordo originalis *Micrologi* in codice nostro aliquantum inuersus est et ex eadem causa omisit cap. *XXIII. Micrologi.*²

f. *XXVII—XXVIII'*: Delineationes calamo factae; v. *Hoffmann* p. 66—67; In ultimo folio delineationis (f. *XXVIII'*) benedictio in periculo partus, contexta ex orationibus iam notis huius generis.³

f. *XXVIII'*+f. 1: *Exultet*, cum notis musicis unius lineae.⁴

f. 1'—7: *Kalendarium.*⁵ — Singulae menses binis hexametris introducuntur, quorum stichus primus signa *Zodiaci*, secundus autem dies infaustos mensis connotant, versus desumpti sunt e *Ven. Beda.*⁶ In unoquoque folio mensis leguntur regulae hygienicae, item notae de eventibus mundi, de vita *Christi*, de embolismis, lunationibus, incensionibus lunae, de clavibus quadragesimae, de locis concurrentibus, de solstitiis et aequinoctiis *Graecorum* et *Latinorum*, omnia secundum *Computum Bedae Venerabilis.*⁷

¹ De *Luminaribus ecclesiae* P. L. 172, 231; de hac re optime *Kniewald* *MKSz* 1939, 414.

² *Brevis descriptio celebrandae missae* P. L. 151, 992. De ordine capitulorum in codice *Prayano* v. *Kniewald* *MKSz* 1939, 415—416.

³ *Franz*, *Bened. II*, 198—199, nr. 1. 2. 4. Cf. *Zalán*, *MKSz* 1927, 46—47.

⁴ Cf. *uberius*, *Isoz Kálmán, Latin zenei paleográfia és a Pray-kódex zenei hangjelzései*, Bpest 1922, 69—98.

⁵ *Sanctorale Kalendarii publici iuris* fecit *C. Kniewald*, *A Pray-kódex Sanctoraléja*, *MKSz* 1939, 3—18.

⁶ De *ratione temporum* P. L. 90, 385. 955. Textum codicis: *Zalán* *MKSz* 1926, 251—252.

⁷ Textum v. *M. Zalán* *MKSz* 1926, 253—259.

Textus Kalendarii. Assumpsi etiam festa, quae tantum in Cisiociano leguntur, minime in Kalendario: et notantur: „C.“ Festa in Sacramentario Maiori tantum occurrentia notantur cum „S/1“, demum in Sacramentario supplementario solum occurrentia cum „S/2.“

Jan. (2) Octaua S. Stephani. — (3) Octaua S. Johannis. — (4) Octaua S. Innocentium. — (5) Symeonis mr. — (7) Isidorii. — Ualentini mr. — (8) Juliani mr. et Basilisse coniugis eius. — (9) Jocundi. — Quintini. — Saturnini. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Eductio domini de egipto. — (12) Archadii epi. — (13) Hilarii epi. — (15) Mauri abbatis. — (17) Antonii monachi. — Sulpicii cf. — (24) Thimothei discipuli s. Pauli. — (26) Policarpi presbiteri (!) — (27) Johannis Crisostomi. — Paule sanctissime uidue. — (29) Valeri epi. et cf. — (30) Sirene v. — (31) Aldegunde v.

Febr. (1) Brigide v. — (2) Ypapanti domini. — (3) Blasii epi. et mr. — (4) Eulalie v. — (6) Vedasti et Amandi ep. — (7) Auguli epi. — (8) Julii epi. — Helene regine. — (9) Altonis cf. — (10). Scholastice v. — (11) Eufraxie v. — (12) Rome: Zotici. — (13) Stephani epi. — (15) Faustini et Jovite mr. — (17) Polochromi epi. et mr. — Leandri epi. — (18) Simeonis epi. — (19) Gabini presb. — (20) LXXVIII mr. — (21) Hilarii epi. — (23) Sanct. mart. LXXII. — (24) Mathye apli. — Manu posteriore: Translatio S. Gerardi. — (25) Walpurgae v. — (26) Alexandri epi. — Felicis cum sociis suis. — (27) Leandri epi. — Juliani mr. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Donati mr. — Simplicis pp. — (2) Simplicii pp. — Lucii epi. — (3) Fortunati, Marini mr. — (4) C: Adriani. — (5) Lucini pp. et mr. — (6) Quiriaci mr. — Victoris et Victoriani mr. — (8) Poncii diaconi et mr. — (9) Passio xl militum. — Candidi mr. — (10) Atalle cf. — (11) Gorgoni mr. et xl mr. — (13) Macedonii presb. — (14) Petri mr. — (15) Matrone mr. — Longini mr. — (16) Ciriaci, Largi et Smaragdi. — (17) Gerdrudis v. — Pancratii mr. — (18) Alexandri epi et mr. — (19) S. Joseph in bethleem. — S/1: Joseph prophetae. — Johannis abbatis. — (20) Gumberthi epi. — (21) Conuersio S. Benedicti. — (22) Pauli epi. — (23) In bretannia: Albini. — (24) Quirini mr. — (26) Castuli mr. — (27) Resurrectio domini. — (28) Prisci, Malci cf. — (29) Eustasii abb. — Gregorii Nazanzeni. — (30) Quirini mr. — (31) Balbine v.

Apr. (1) Agapiti mr. — Uenancii epi. et mr. — (2) Niceti epi. — (3) Benigni mr. — (4) Ambrosii epi. et mr. (!) — (5) Marciani cum sociis. — (6) Sixti, Iustini episcoporum. — Marine v. — (7) Timothei mr. — (8) Celestini pp. — Perpetui epi. — (9) Marie egipciace. — (10) Ezechielis prophete. — (12) Julii pp. — Zenonis epi. — (15) Helene regine. — (16) Calixti mr. — (17) Petri diaconi. — (18) Eleuterii mr. — (19) Rufi mr. — Leonis pp. — (20) Senesii mr. — Victoris pp. — (21) Simeonis epi. et mr. — (22) Gaii pp. — (23) Agapiti mr. — C. S/1. S/2: Adalberti. — (24) Georgii mr. et Adalberti epi. et mr. — C. S/1. S/2: Georgii mr. — (25) Marci ev. Letania maior. — (26) Anacleti pp. — Marcellini pp. et mr. — (27) Anastasii pp. — (28) Theodore v. — (29) Secundini epi. — (30) Quintini epi.

Mai. (1) Walpurgae v. — Sigismundi regis. — (2) Athanasi epi. et cf. — (4) Floriani mr. — (5) Ascensio domini. — Gotthardi epi. — Hilarii. — (7) Iuuenalis mr. — (8) Victoris mr. — Aduentus S. Michaelis. — (9) Gregorii epi. — Macharii abb. — C: Nicolai translatio. — (11) Mamerti epi. — (13) Gengulfi mr. — Alia manu: Maioli abbatis. — S/2: De sco Maiolo abbate. — Alia manu: Seruatii. — C: Seruatii. — (14) Bachumii abb. — Bonifacii mr. — (15) Aduentus sancti spiritus. — C: Sophie. — (16) Peregrini mr. — Eufemie v. — (17) Timothei apli. — (18) Marcii pp. — (19) Potenciane v. — (20) Basille v. — (21) Valentis

mr. — (22) Casti et Emulii. — Helene regine. — (23) Desiderii epi. — (24) Donaciani et Rogaciani mr. — Manu posteriore: Transl. s. Dominici cf. — (26) Augustini anglorum epi. — Prisci mr. — (27) Jvlii mr. — (28) Germani cf. — Johannis pp. — (29) Maximini epi. — (30) Felicis pp. — Canti, C(antiani), C(antianillae). — Manu posteriore: Transl. dextere S. Stephani regis. — (31) Petronille.

Jun. (1) Simeonis monachi. — (2) Manu posteriore: Erasmi mr. — (3) Quirini epi. — (4) Zotici et Eutici. — (5) Bonifacii et sociorum eius. — (6) Amancii epi. — (7) Pauli epi. — (8) Medardi epi. — (11) Barnabe apli. — (13) Felicule v. — (14) Basilii epi. — Helye proph. — (15) Viti, Modesti mr. et Crescentie v. — (16) Translatio S. Quirini mr. — Aurei et Justine. — Posteriore manu: Cilici et Julitte. — (17) Rome: sanctorum cclxii mr. — (20) Pauli epi. — (21) Albani mr. — Demetrie v. — (22) Albani mr. — Jacobi apli. fratris domini. — (23) Posteriore manu: Regine v. — (25) Gallicani mr. — (26) Posteriore manu et S/2: Maxencii cf. — (27) Eleuacio S. Ladizlai regis.

Jul. (1) Octaua S. Joannis Bapt. — Fidei, Spei et Charitatis. — (3) Translatio S. Thome apli. — (4) Vdalrici cf. — (C: Odolrici) — Translatio S. Martini epi. — (5) Dominici mr. — (6) Goaris cf. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani sociorumque eius. — (C: Quiliani) — (9) Brictionis cf. — (11) Translatio S. Benedicti. — Danielis prophete. — (12) Fortunati epi. — Arnulfi mr. — Ermagore cf. — (13) Margarete v. et mr. — (14) Foce epi. — Cassiani mr. — (15) Diuisio apilor. — (16) Hilarini. — (17) Alexii cf. — Posteriore manu: et Andree Benedicti mr. — (18) Octaua S. Benedicti. — VII. Germanorum. — (19) Arseni monachi. — (20) Helie prophete. — (21) Praxedis v. — Feliciani mr. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris. — (24) Cristine v. — Vigilia S. Jacobi apli. — (25) Natalis eiusdem fratris Johannis. — Xpofori mr. — (26) Gerardi epi. et mr. — S/1: Anne. — (27) VII dormiencium. — (28) Pantaleonis. — Nazarii et Celsi. — (31) Germani epi et cf. — Tertullini mr.

Aug. (3) Gamalielis cum sociis. — C: Stephani protomr. invencio. S/1: Stephani, Nicomedis, Gamalielis. — (4) Justini presbiteri. — (5) Osvaldi regis et mr. — Posteriore manu: S. Dominici cf. de ordine pred. — (6) Transfiguratio domini. — (7) Affre v. — (9) Romani mr. — (11) Radegunde v. — (12) Epuli mr. — Sulpicii mr. — (15) Assumptio S. Marie v. et transitus S. Stephani. — (16) Arnulfi ep. — (20) Stephani regis cf. — Samuelis prophete. — Transitus S. Stephani. — (21) Priuati epi. et mr. — (22) Octaua S. Marie. — (23) Uigilia. — (25) Genesisii mr. — Titi discipuli S. Pauli — (26) Nerei et Abundi mr. — (27) Pelagii mr. — (30) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidii abbatis. — Verene v. — (2) Justini epi. et cf. — Nonnosi diaconi. — Deposicio sci Henrici cf. — (3) Anthonini mr. — (4) Marcelli mr. — Moysi serui dei. — (5) Victorini cum sociis. — (6) Magni cf. — Zacharie prophete. — (7) Regine v. — (8) S/1: Corbiniani. — (10) Hilarii pp. — (11) Felicis et Regule mr. — (12) Saluii epi. — Vincencii cf. — (13) Philippi epi. et mr. — VII Dormiencium. — (17) Lamberti epi. et mr. — (18) Florencii mr. — (19) Ianuarii epi. — (20) Eustachi mr. et uxoris filiorum eius. — Fauste v. — (22) Mauricii c(um) s(ociis). — Emmerammi epi. et mr. — Lutrudis v. — (23) Tecele v. — (24) Concepcio Johannis Baptiste. — Gerardi passio. (Alia manu: Deposicio) — Ruthberti cf. — (25) Cleophe apli. — (26) Cipriani et Iulitte (S/1: Justine) v. — (28) Wencezlai ducis et mr. — S/1: Vigilia S. Michaelis.

Oct. (1) Remigii, Germani, Vedasti ep. — (2) Leodegari epi. et mr. — (3) Sulpicii et Seruiliani. — Gai mr. — (4) Crispi mr. — Posteriore manu: Beatissimi Francisci cf. — (5) Placidi et Eutici mr. — (6) Marcelli mr. — Festiuitas

S. Patriarcharum Abraham, Isaac et Iacob. — S/1: In octaua S. Michaelis. — (7) Wolfkangi epi. — (8) Pelagie. — (9) Dionisi, Rustici et Eleuteri mr. — Alia manu et S/2: Domni. — (10) Gereonis cum sociis. — (11) Inuencio corporis S. Stephani regis. — C: Andronici. — (12) Honeste v. — IIII milia coronatorum. — (13) Colomanni mr. — Faustini mr. — (14) Atanasii epi. — (15) Fortunati mr. — Aurelie v. — (16) Galli cf. — Sigismundi regis. — S/1: Translacio S. Sigismundi. — (17) Neronis cf. — (19) Ianuarii sociorumque eius. — Beronici et Pelagie. — (20) Caprasii mr. — C: Feliciani. — (21) XI mill. uirginum. — Hilario-nis mr. — (22) Seueri epi. et cf. — Philippi et Eusebi mr. — (23) Seuerini archiepi. — (24) Felicis cum sociis. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Demetri mr. — Vedasti et Amandi. — (29) Narcissi epi. — (30) CCXX mr. — (31) Quintini mr. — Wolfkangi epi. — Uigilia omnium sanctorum.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum. — (2) Eustachii cum sociis. — Recordatio defunctorum. — (3) Germani mr. — Pirminii abbatis. — (4) Amancii epi. et cf. — (5) Henrici ducis et cf. — (6) Scorum X martirum. — Posteriore manu: Leonardi pretiosi cf. — C: Adalberti translacio. — (7) Willibrordi epi. — Erculiani. — Willechadi cf. — (8) Octaua omnium sanctorum. — Claudi N(icos-trati). — (10) Martini pp. — (12) Arsatii epi. — Benedicti cum sociis. — (13) Briccij epi. et cf. — (14) Clementini mr. — (15) Felicis cum XXX sociis. — (16) Othmari abb. — (17) Aniani epi. — Alia manu, S/2: Gregorii pp. — Florini cf. — (18) Octaua S. Martini epi. — (19) Maximini presbiteri. — Posteriore manu: S. Elisabet uidue. — (20) Potenciani epi. — (21) Columbani abbatis. — Representacio S. Marie. — (25) Petri epi. et mr. — Katherine v. — (26) Lini pp. — (27) Agricole et Vitalis mr. — (28) Rufi mr.

Dec. (1) Longini mr. — Candide v. — (2) Veri et Securi. — (3) Claudi et soc. — Soli cf. — (4) Barbare v. — (5) Niceti epi. et cf. — Dalmaci epi. et mr. — (6) Nicholai epi. et cf. — (7) Agazonis mr. — (8) Zenonis cf. — Conceptio S. Marie v. — (9) Leucadie v. — (10) Eulalie v. — Melciadis mr. — (12) Ermogenis mr. — (14) Nichasi epi. et cf. — (15) Valeriani epi. et mr. — (16) Ananie, Azarie et Misa-el. — (17) Ignacii epi. et mr. — Beati Lazari. — (18) Rufi et Zosimi mr. — Wnebaldi abbatis. — (19) Nemesii mr. — (20) Anastasii epi. — Uigilia. — (22) Scorum XXX mr. — (23) Eugenie v. — (29) Thome epi. ac mr. — David regis et prophete. — (30) Sabini epi. — (31) Columbe v.

f. 7': *Tabella ad inueniendum terminum festorum mobilium in sex colum-nis: (1) „Dies in quibus XL-ma celebrare debemus.“ — (2) „Ebdomade a nativitate domini usque ad XL-mam.“ — (3) „Dies in quibus pascha celebrare debemus.“ — (4) „Ebdomade cum diebus a nativitate domini usque ad pascha.“ — (5) „Dies in quibus pentecosten celebrare debemus.“ — (6) „Ebdomade cum diebus a pentecoste usque ad nativitatem S. Joannis Baptiste.“* Tabella similis invenitur in opere „De sedibus terminorum“ Bedae Venerabilis.¹

f. 7': „*Argumentum ad inueniendum aduentum domini. Quicumque aduentum domini celebrare desiderat uideat ne ante V. Kl. decembris nec post tercio nonas ipsius mensis transeat, sed in his VII diebus ubicunque dies dominica aduenerit illic sine dubio et sine errore celebrare valebit.*“

f. 8: „*Ciclus iste magnus dionisiū per annos quingentos XXXII atque post tot annorum curricula in seipsum reuertitur*“, dein sequitur tabella.

¹ P. L. 90, 715; cf. M. Zalán MKSz 1926, 259.

f. 8': *Variae tabellae et regulae*: (1) „*Aureus numerus*“ cum tabella. — (2) „*Claues terminorum*“ cum tabella. — (3) „*Terminus LXX.*“ cum tabella. — (4) „*Regulares qui iunguntur cum concurrentibus.*“ — (5) „*Regulares lunarem qui iunguntur cum epactis.*“ — (6) „*Regulares ad lunam inueniendam.*“ — (7) „*Claues regularum.*“ — (8) „*De concurrentibus.*“ — Omnia haec e Beda Venerabili sunt desumpta et abbreviata.¹

f. 9—9': *Chronicon nuncupatum „Pozoniense“* quia s. XVIII. codex Prayanus Posenii asservabatur, cum textum Chronicae primum publici iuris fecit J. Koller.²

f. 10—12: *Tabula magna paschalis ab anno 1151 usque 1300.*

f. 12': Post duas delineationes: „*Racio sperae (!) pictagore philosophi, quam apuleus descripsit. De quacunque re scire uolueris, ut puta, de egrotantibus qua die incubuerit et eo die quod tota circa speram scriptas cum suo numero et sic in unum collige et per XXX diuide et quot remanserit respice in spera, si sursum inueneris uiuet, si deorsum, morietur. Similiter de omni re, de qua scire uolueris.*“³

f. 13: „*Versus angelici*“ ad inueniendam XIV-am lunam paschatis.⁴

f. 13': „*Primus embolismus. Embolismus I. de epacta XXII. incipit . . . luna erit.*“⁵

f. 14—15: *Secunda tabula paschalis annorum 1171—1276. Tabula haec iam anno 1196 in usu erat.*⁶

f. 15': „*Dic michi introitus misse quid significat? R. Patriarcharum, prophetarum preconia . . . laudando deum.*“ *Expositio missae in forma interrogatoria auctoris incerti, sec. M. Zalán hucusque ignota.*⁷

f. 16: „*Quid est annus? R. Quadriga mundi . . . mirande certitudo.*“ Pipini, regalis et nobilissimi iuuenis disputatio cum Albino.⁸

f. 16—16': *Secunda pars „Chronici Poseniensis“*; (I. pars: f. 9—9'.) — Post finem Chronici: „*De natura infantum . . . caueto suas.*“⁹

f. 17—129: *Sacramentarium maius.*

f. 17—19': „*Incipit ordo quomodo presbiter se ad missam debeat preparare: Quisquis preclare cupis missam celebrare: Sic prius orabis. Post hec missam celebrabis.*“ Textum v. in ephemeride Budapestinensi „*Theologia*“ a C. Kniewald publicatum 1939, 1—5. Collatio facta cum Tab. XII. (1) „*Non de meritorum . . .*“ = Tab. nr. 10. — (2) (f. 17'—18) „*Psalmi et orationes*“ = Tab. nr. 1. — (3) „*In tret . . .*“ = Tab. nr. 2. — (4) „*Kyrieleyson . . .*“ = Tab. nr. 6. — (5) *Versiculi* = Tab.

¹ P. L. 90, 709—751; cf. M. Zalán MKSz 1926, 259.

² *Historia episcopatus Quinqueecclesiarum I, Posenii 1782, p. 402—405. Textus criticus: Szentpétery, Scriptores rerum Hungaricarum, Bpest 1937, 125—127. Cf. Wattenbach, Chronicon Poseniense, Archiv für österreichische Geschichte 1870, 502—506; Kaindl, Studien zu den ungarischen Geschichtsquellen, Wien 1898, Heft 5.*

³ Cf. Zalán MKSz 1926, 262—263; Heilig, Századok 1933, 62—64.

⁴ P. L. 90, 708; cf. M. Zalán MKSz 1926, 259.

⁵ Zalán MKSz 1926, 260.

⁶ C. Kniewald MKSz 1939, 429—430.

⁷ Textum v. MKSz 1926, 269—270; cf. etiam Bálint Sándor, Népünk ünnepei, Bpest 1938, 51—53.

⁸ Textus P. L. 101, 977—978; cf. M. Zalán MKSz 1926, 271—272.

⁹ Cf. M. Zalán MKSz 1926, 260.

nr. 7. sat differentes. — (6) (f. 19) „*Rogo te deus sabaoth altissime . . .*“¹ — (7) „*Fac me queso . . .*“ = Tab. nr. 8. — (8) „*Aures tue pietatis . . .*“ = Tab. nr. 9. — (9) „*Oramus te sancta trinitas . . .*“ = Tab. nr. 11.

f. 19'—21': „*Confessio sacerdotis ante altare*“ est **secunda praeparatio ad missam**, nunc iam ante altare facienda, sed antequam induatur vestibus sacris. — (1) „*Confessio sacerdotis ante altare. Confiteor tibi peccata mea eterne pontifex et sancte sanctorum magister . . . de accusationibus inimici peruenire merear.*“ — (2) (f. 19'—21) „*Deus uniuersitatis creator commendo tibi quos ad regendum mihi tradidisti . . . et populo tuo preesse uoluisti.*“ — (3) (f. 21—21') „*Oratio bona. Succurre michi deus antequam moriar ut es dulcedo mea. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum accio, semper et ubique per infinita secula secularum. Amen.*“

f. 22—23': **Orationes ad indumenta** (pontificalia), collatae cum Tab. XIII. — (1) „*Cum exiit uestes dicatur hec oratio. Exue me domine ueterem hominem . . .*“ = Tab. nr. 3. — (2) „*Ad pectinem. Aufer domine a corde meo et corpore meo omnia superflua atque nociua et reple me septiformi gratia spiritus sancti. P.*“ — (3) „*Dum lauat manus suas dicat. Lauabo inter innocentes manus . . .*“ = Tab. nr. 1. — (4) „*Dum tergit manus. Da domine uirtutem manibus meis . . .*“ = Tab. nr. — 2. (5) „*Dum induitur tunica dicat: Indue me domine tunica iusticie et innocencie et da ut per me uerba tua sancta resonantia plebs tua mentis et auribus possit percipere et in ipsis et per ipsa ad fructum uite eterne gaudeat peruenire. P. x.*“ — (6) „*Dum humerale imponit dicat. Obumbra domine caput meum . . .*“ = Tab. nr. 4. — (7) „*Dum inuoluit humerale dicat. Humeros meus et pectus meum . . .*“ = Tab. nr. 5. — (8) „*Ad albam. Indue me domine uestimento salutis et circumda lorica fortitudinis tue. Amen.*“ — (9) „*Alia oratio ad albam. O. s. d. te suppliciter exoro . . .*“ = Tab. nr. 6. — (10) „*Ad cingulum. Precinge lumbos mentis mee . . .*“ = Tab. nr. 7. — (11) „*Dum appendit balteum cingulo. Accinge gladium tuum domine super femur meum potentissime, ut uiriliter possim contra inimicos meos dimicare spe firma caritatis eterne. P. x.*“ — (12) „*Ad manipulum. Stola (!) innocencie pone domine . . .*“ = Tab. nr. 8. — (13) „*Dum ponit stolam ceruici. Stola iusticie circumda domine . . .*“ = Tab. nr. 9. — (14) „*Dum innectit stolam cingulo. Disrumpe domine uincula omnium peccatorum meorum, ut iugo tue seruitutis innexus, ualeam tibi cum timore et reuerencia famulari. P.*“ — (15) „*Oratio ad crucem. O cruz ammirabilis, euacuacio uulneris, restitucio sanitatis, miserere mei per signum sancte crucis, et libera me, deus meus. P.*“ — (16) „*Oratio ad cyrothecam. Innectione istarum cyrothecarum subuenire te deprecor, ut sic operer in temporalis conuersacione, quatenus exemplo priorum patrum imbutus, in futuro merear perhenniter gaudere. P. x.*“ — (17) „*Oratio ad annulum. Annulum domine tue subarracionis infer digito meo pro signaculo tue sanctissime defensionis. P. x.*“ — (18) „*Dum induit se dalmatica. Domine deus indue me queso uestimento salutis et indumento iusticie atque leticie sempiternae circumda me semper. P.*“ — (19) „*Ad casulam. Indue me domine uestimento humilitatis . . .*“ = Tab. nr. 10. — (20) „*Alia. Bonorum fidelissime promissor ac rectissime persolutor, qui uestimentum salutare et indumentum iocunditatis fidelibus tuis promissisti, clemenciam tuam suppliciter exoro, ut his sacris uestibus me indutum digne tibi seruire concedas. Qui uiuis et regnas.*“ — (21) „*Ad cydrum. Pone domine galeam salutis in capite meo, ad superandas et expugnandas omnes diabolicas cateruas, Amen.*“ — (22) „*Ad baculum. Da domine baculum iusticie,*

¹ Cf. hanc orationem Leroquais, *Sacr.* I, 30. 39. 86; Kniewald in *Theologia* 1939, 4. nota 1.

*uirgam direccionis, uirgam regni tui, ut te feriente quos debeo feriam, et te parcente quibus conuenit parcam. P. x.*¹

f. 23—25: „*Dum uadit ad altare dicat. Vias tuas domine demonstra mihi . . .*“
Missa catechumenorum usque ad euangelium inclusive; textum integrum publicavit Kniewald in *Theologia* 1939, 7—12.

(1) „*Dum uadit ad altare dicat, Vias tuas domine . . .*“ — (2) „*Adsit nobis domine uirtus spiritus sancti . . .*“ — (3) „*Et introibo ad altare . . . Iudica me deus . . .*“ — (4) „*Confitemini domino quoniam bonus.*“ — (5) „*Ego reus et indignus confiteor deo omnipotenti et sancte marie et omnibus sanctis eius et tibi pater uel frater: quia peccauit nimis in uita mea: in cogitatione, in locutione, in superbia, in gula, in ebrietate, in detractatione, in uana gloria, in pollutione mentis et corporis, et in quinque sensibus meis uidelicet uisu, auditu, gustu, odoratu et tactu, et in omnibus octo uiciis principalibus, quibuscunq[ue] humana fragilitas contaminari ac sordidari pollui uel peccare potest. Propterea deprecor beatam dei genitricem Mariam, et omnes sanctos et electos dei, et te patrem uel fratrem, ut ores pro me misero peccatore ad dominum deum patrem omnipotentem. Amen.*“ — (6) „*Absolutio. Misereatur tui o. d. et dimittat tibi omnia peccata tua preterita presencia, liberet te deus ab omni malo, conseruet et confirmet te in omni opere bono et perducat te Jhs xps cum gaudio in uitam eternam. Amen.*“ — (7) „*Alia. Indulgenciam absolucionem et remissionem omnium peccatorum et spacium uere penitencie et emendacionem uite tribuat tibi o. et m. d. Amen.*“ — (8) „*Facta confessione et data indulgencia preces sequuntur. Delictum meum cognuit feci . . .*“ — (9) „*Aufer a nobis qu. d. iniquitates . . .*“ — (10) „*Adiutorium . . . Peccauimus cum patribus . . . Ostende nobis . . .*“ — (11) „*Exaudi qu. d. supplicum preces . . .*“ — (12) „*Oratio pro seipso. D. propicius esto mihi peccatori . . . omnibus diebus uite mee.*“ — (13) „*Sequitur. Veni sancte spiritus . . . Deus qui corda . . .*“ — (14) „*Osculato sacro altare diuina inspiratione corda nostra dominus dignetur implere.*“ — (15) „*Post confessionem. O. s. d. qui me peccatorem et indignissimum . . . digne ministrare merear.*“ — (16) „*Alia. Oramus ergo te domine, ut per merita omnium sanctorum . . .*“ — (17) „*Alia. Sancta trinitas . . . omnium creator hominum et dominus . . . mihi clementer et dignanter concedas.*“ — (18) „*Alia. Conforta me rex sanctorum . . . in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.*“ — (19) „*Item alia. Domine labia mea aperies. Et os . . .*“ — (20) „*Tunc imponas incensum in turibulum. Incensum istud . . . Per intercessionem sancti gabrielis archangeli stantis . . .*“ — (21) „*Tunc osculando euangelium dicas. Pax xpi quam nobis per euangelium suum tradidit, conseruet et confirmet corda et corpora nostra, nunc et in uitam eternam. Amen.*“ — (22) „*Altare similiter. Descendat qu. d. s. p. o. e. d. spiritus sanctus super hoc altare, qui et populi tui dona sanctificet et sumencium corda purificet.*“ — (23) „*Postea uadas per circuitum altaris cum incenso. Incensum istud a te benedictum . . .*“ — (24) „*Alia. Odorem celestis inspirationis sue accendat in nobis dominus et impleat corda nostra ad audienda euangelii sui precepta.*“ — (25) „*In quocunq[ue] tempore benedictio incensi. Qu. o. d. abraham, d. ysaac, d. iacob immitte in hanc creaturam incensi . . . sedem habere non possint.*“ — (26) „*D. qui moysi famulo . . . perpetua redoleat suauitate.*“ — (27) „*Alia. D. d. o. cui adstat exercitus angelorum . . . a morsu serpentis antiqui.*“ — (28) „*Super diaconum Benedictio. D. sit in corde . . .*“ (29) „*Perlecto euangelio dicas. Per istos sermones euangelii filii sui*

¹ Textum et commentationem ad has orationes M. Zalán, MKSz 1926, 259—266. Textus etiam a Kniewald publicatus in *Theologia* 1939, 5—7.

d. n. J. Ch. indulgeat nobis dominus uniuersa delicta nostra et concedat nobis implere sua precepta.“

f. 25—26: **Ritus offertorii:** (1) „*Ad miscendum uinum cum aqua. V. Ostende nobis d. misericordiam tuam.*“ — (2) „*Ex latere domini exiuit sanguis et aqua, sic et nos hec pariter commiscentes, passionis eiusdem obtineamus salutem.*“ — (3) „*Alia. D. qui humane substancie . . .*“ — (4) „*Benedicchio super calicem. In nomine p. + et f. + et Sp. s. + Amen. In nomine d. n. J. sit signatum +, ordinatum +, ac sanctificatum +, hoc sacrificium.*“ — (5) „*Item alia oratio super calicem. Peto domine inmensam clemenciam tuam, ut descendat super panem et calicem plenitudo diuinitatis tue.*“ — (6) „*Item alia oratio. Descendat qu. d. illa spiritus sancti . . . ad salutem uiuorum et mortuorum.*“ — (7) „*Alia. Rogo et per idipsum sacrosanctum et uiuificum . . . mihi efficiantur uita et salus.*“ — (8) „*Signet oblatam in manu diaconi. Suscipe s. trinitas, hanc oblacionem, quam tibi offert famulus tuus et presta, ut in conspectum tuum placens ascendat.*“ — (9) „*Inclinans se dicat. Oratio. Sanctifica qu. d. hanc oblacionem, ut nobis unigeniti tui corpus fiat.*“ — (10) „*Ad calicem oratio. Acceptum sit omnipotenti deo sacrificium istud altari suo superpositum.*“ — (11) „*Alia oratio. In nomine d. n. J. Ch. sit signatum sacrificium istud immaculatum et a te deo uiuo uero adunatum et benedictum.*“ — (12) „*Post incensum. In spiritu humilitatis . . .*“ — (13) „*Alia. Suscipe clementissime deus hoc sacrificium in conspectum tuum ut cum odore suauitatis ascendat.*“ — (14) „*Alia. Suscipe clementissime pater hostiam placacionis . . . placatus suscipe.*“ — (15) „*Hic cooperit calicem cum corporali et signet. Veni sanctificator o. e. d. et benedic hoc presens sacrificium ab indignis manibus preparatum et descende in hanc hostiam inuisibiliter, sicut in patrum hostias uisibiliter descendisti.*“ — Hoc loco supplementa posterioris manus: „*Suscipe s. trinitas hanc oblacionem quam ego indignus . . . In spiritu . . . Suscipiat . . .*“ ut in MRom. — (16) „*Inclinato capite dicat. Suscipe sancta trinitas hanc oblacionem quam tibi offerimus in memoriam . . .*“ — (17) „*Pro fidelibus defunctis. Suscipe sancta trinitas hanc oblacionem, quam tibi offero pro anima famuli tui N. et pro animabus famulorum tuorum N. ut requiem eternam dones eis inter sanctos et electos tuos, quatinus illorum consorcio uita fruantur eterna.*“ — (18) „*Post hec uerte te ad populum et dic. Orate fratres pro me misero peccatore ut meum ac uestrum sacrificium acceptum sit deo omnipotenti ante sanctum conspectum suum.*“ — (19) „*E contra omnes unanimiter ex intimo corde R. Orent pro te omnes sancti et electi dei. Mittat tibi auxilium de sancto. Memor sit omnis sacrificii tui et h(olocausti). Tribuat tibi dominus secundum cor tuum. Exaudiat te dominus pro nobis orantem et deprecantem.*“

f. 26': Praefatio communis.

f. 27'—30': **Canon.** „*Clemens presbiter Alexandrinus quondam magister composuit primus canonem istum.*“ Textum integrum commentatum habes in ephemeride Theologia 1939, 15—23. — f. 27'—28: **Consecratio** multum interest: „*Hoc est enim corpus meum. Depone. Hic uere fit corpus xpi.*“ **Manu s. XIII.** in. in margine: „*Aue sanctissima caro mea in perpetuum summa dulcedo mea.*“ Dein: „*Hic accipit calicem. Simili modo . . . et bibite ex eo omnes. Depone. Hic summa manu tange. Hic est enim calix sanguinis mei. Hic cooperit calicem. Noui et eterni testamenti . . . in remissionem peccatorum. Hic uere fit sanguis xpi.*“ **In margine manu s. XIII.** in.: „*Aue celestis potus mihi ante omnia et super omnia dulcis.*“

f. 31—32: **Gratiarum actio** post missam: „*Deinde sacerdos sacris uestibus se exuens cantet ymnum trium puerorum. Quicunque sacerdos eundem ymnum*

post missam dicere neglexerit, excommunicacioni subiaceat.“ Textus in Theologia 1939, 24—25.

f. 32—33': Orationes privatae ante et post communionem: „Oratio ante communicacionem corporis et sanguinis. D. J. Ch. fili dei uiui, qui per crucem et sanguinem . . . dignum communicare effice.“ — (2) „Alia Ante communionem. Fili dei uiui inmensam clemenciam tuam humili deuocione deosco . . . te miserante percipere pijssime deus.“ — (3) „Alia. Dominator omnium domine qui das tuis fidelibus . . . nomen salutis eterne inuoco.“ — (4) „Post communionem. Oratio. Sacrum corpus tuum d. J. Ch.-e quod tua gratia tribuente percepi . . . ubi sancta et pura intrauerunt sacramenta.“ — (5) „Alia. Sancta Maria . . . per te uenit ad nos salus . . . ut saluos faceret qui perierant.“ — Textus totus in Theologia 1939, 25—26.

f. 34—34': „Consecratio cimiterii. Sequitur uersus orientem, tunc uertens se ad occasum dicat hanc oracionem.“ (1) „D. qui es totius orbis conditor . . . perpetuam largiter impertire“ = PRom. — (2) „Postea circumeat ter ecclesiam clero cantante Resp. Terribilis et populo k(yrie)eleison et dicat pontifex or. D. s. p. o. trina maiestas . . . percipere mereamur = PRom. — (3) „Item uertat se ad haustrum et dicat: D. d. p. eterne gloria lux et honor . . . gaudiorum percipiat sempiterna.“ = PRom. — (4) „Item uertat se ad aquilonem et dicat: O. s. d. qui es custos animarum et tutela salutis . . . uite perhennis gaudia.“ = PRom. — (5) „Tunc in medium cimiterii ueniens dicat: Adesto qu. d. d. officio hunc locum . . . felicitatis gaudia consequantur.“ — (6) „Tunc ad hostium rediens dicat: Domum tuam qu. d. clementer ingredere . . . fiat habitacione sublimis.“

f. 35—66': „Vigilia natiuitatis domini nri ihu x-i. Ad missam oratio.“ **Proprium de tempore**, a vigilia natiuitatis usque Dom. IV. Adventus; tantum tres orationes et praefationes leguntur.

f. 38—39: „Ordo in capite ieiunii feria IIII. in capite ieiunii ante missam disalciant se fratres ad processionem et intrantes in ecclesiam ibique facta oratione incipient antiphonam. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam.“ — (1) „Exorcizo te cinis in nomine dei patris . . .“ = Tab. XVII, nr. 1. — (2) „O. s. d. parce metuentibus . . .“ = Tab. nr. 2. — (3) „D. qui non mortem . . .“ = Tab. nr. 3. — (4) „Dns uobiscum. Et c. Benedicamus dno. Deo gracias. Benedicchio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti descendat et maneat super hos cyneres. Amen.“ — (5) „Exaudi nos domine . . .“ = Tab. nr. 4. — (6) „Ostende nobis domine misericordiam tuam. Kyrie el. Christe el. Kyrieel. Pater noster. Deus misereatur nostri. Gloria patri. V. Et ueniat super nos m(isericordia) t(ua). Dns uobiscum. Exaudi quesumus dne supplicum preces etc.“ — (7) „Inmutemur habitu in cinere.“ = Tab. nr. 6. (8) „Interim ponendi sunt super caput: Memento homo quia cinis et puluis es in cynerem et in puluerem reuerteris.“ = Tab. nr. 8. — (9) „Sequatur alia ant. Iuxta uestibulum et altare.“ = Tab. nr. 7. — (10) „Alia. Media uita in morte sumus.“ — (11) „Post datos cineres dicat alte: D. v. Cc. qu. d. presidia milicie . . .“ = Tab. nr. 5.

f. 39: „Ad processionem“ (quadagesimalem.) (1) „R. Afflicti pro peccatis nostris. — R. Emendemus in melius. — R. Paradisi portas. — R. V. Fiat misericordia tua dne s(uper) n(os). D. v. Et c. sp. t.“ — (2) „Tribulacionem nostram dne propicius respice . . .“ — (3) „Post hec: Oremus, et diaconus: Flectamus genua. Leuate. D. qui humiliacione flecteris . . .“ — (4) „In cimiterio. Lauda anima mea dominum. Kyrie . . . V. A porta inferi. D. v. D. in cuius miseratione a(nime). Dein letania Kyrieel.“ — (5) „In aliis diebus dicatur h(ec) o(ratio): O. s. d. qui niniuitis in cinere . . .“

f. 41: „*Dominica vacat*“ = Dom. II. Quadragesimae.

f. 43': „*Feria IIII. leguntur due lectiones ad missam et dicitur flectamus genua propter scrutinium.*“ (post Dom. IV. Quadr.)

f. 45—48: „*Ordo in ramis palmarum qualiter processio agatur.*“ Collatus cum Tab. XVIII. — (1) „*In primis aspergatur aqua benedicta ut mos est, in omnibus dominicis diebus et sequitur V. Ostende*“ = Tab. nr. 1. — (2) „*Visita qu. d. plebem . . .*“ = Tab. nr. 2. — (3) „*Et ita exeuntes de choro pergatur ordinatim ad locum destinatum. — R. Surgite sancti. Hac finita sequuntur R. ad ipsum diem pertinencia: Dominus ihesus. — R. Cogitauerunt autem p. s. Et sic cantando ueniendum est ad certum locum. — R. Circumdederunt me et ibi circumstante clero ubi palmarum (1) consecrandi sunt. V. Ostende nobis . . .*“ — (4) „*O. s. d. qui de celis ad terram descendere . . . rex israhel.*“ — (5) „*Benedictio oliuarum. D. qui hodierna die ad insinuandum . . .*“ = Tab. nr. 5. — (6) „*Item alia b(enedictio). O. s. d. mundi redemptor qui de celis descendisti ad terram . . . ualeamus occurrere.*“ — (7) „*Sequitur prophecia. Lect. Exodi*“ = Tab. nr. 6. — (8) „*Hac finita incipiat c(antor) Collegerunt . . . Versum autem quidam pontifex c(antet)*“ = Tab. nr. 7. — (9) „*Tunc legatur euangelium secundum Lvcam*“ = Tab. nr. 8. — (10) „*Illo perlecto fiat sermo ad populum de euangelio. Finito sermone canatur antiphona Ante sex dies*“ = Tab. 9. — (11) „*Benedictio oliuarum et frondium. Exorcizo te omnis creatura . . . interdico tibi*“ = Tab. nr. 10. — (12) „*B(enedictio) Palmarum et oliuarum. Benedic dne qu. hos palmarum et oliuarum ramos . . .*“ = Tab. nr. 11. — (13) „*Tunc canatur ant. Cum audisset populus quoniam ihc uenit iherosolimam.*“ — (14) „*Sequitur oratio. D. cuius filius . . .*“ = Tab. nr. 12. — (15) „*Alia. D. qui per oliue ramum . . .*“ = Tab. nr. 13. — (16) „*O. s. d. qui d. n. J. Ch. hodierna die . . .*“ = Tab. nr. 14. — (17) „*D. qui filium tuum unigenitum . . .*“ = Tab. nr. 15. — (18) „*Sequitur prephacio: Mundi conditor . . .*“ = Tab. nr. 16. — (19) „*Tunc sacerdos accipiat aquam benedictam et aspergat super ramos palmarum: Fulgentibus palmis prosternimus. Alia ant. Occurrunt turbe . . .*“ = Tab. nr. 17. — (20) „*Tunc diuidantur et dicatur or. O. s. d. qui Ch. filii tui passione nos reparas . . .*“ = Tab. nr. 18. — (21) „*Populo clerique de loco predicto omnibus descendentibus canatur ant. Cum adpropinquaret . . . Post ant. sequitur ymnus hebreorum puerorum Gloria laus et honor*“ = Tab. nr. 19. — (22) „*Postea pueris exeuntibus de ciuitate et portantibus ramos palmarum in manibus prostratis in terra incipiat cantor: Pueri hebreorum tollentes ramos.*“ = Tab. nr. 20. — (23) „*Tunc ueriant pueri ante crucem et exeuntes cappas proiciant ante crucem et incipiant: Pueri hebreorum uestimenta sua p. Et singuli ramos mittentes palmarum adorent proni.*“ = Tab. nr. 21. — (24) „*Tunc accedat presbiter et dicat V. O cruz aue spes unica. Pro(st)ernente se clero et populo item presbiter dicat V. Te summa deus trinitas. Et rursus singuli prosternuntur.*“ — (25) „*Item sacerdos ant. Scriptum est enim percutiam pastorem.*“ = Tab. nr. 21. — (26) „*Surgente Presbitero ant. Osanna filio dauid.*“ — (27) „*Intrantes in ciuitatem incipiat cantor R. Ingrediente domino.*“ = Tab. nr. 24. — (28) „*Et sic cantantes perueniant ad portam ecclesie et dicatur a presbitero hec oratio: Via sanctorum omnium d. J. Ch.*“ = Tab. nr. 25. — (29) „*Intrante clero ad ecclesiam incipiat cantor ant. Turba multa. Ps. Benedictus sine gloria.*“ = Tab. nr. 26.

f. 48': In hebd. maiore: „*Feria IIII. bis dicitur flectamus genua propter scrutinium.*“

f. 48'—49: „*In cena domini hora tertia sonetur campana ad missam et ad ceteras horas et dimittentur usque missam magni sabbati, quas tunc sonabunt ad*

eundem cantum, scilicet gloria in excelsis deo.“ — Post missam (f. 49): „*Deinde diuidat oblatas presbiter ad frangendum et sumat de ipsis integras oblatas ad seruandum usque mane diei Parasceue de quibus communicent cum sanguine domini. Sanguis uero domini eadem die penitus consumatur. Et cantores dicant agnus dei. Sed osculum non detur. Fractis autem oblatis communicent presbiteri quam diaconi et ceteri omnes. Post agnus dei dicatur a cantoribus: Dominus ihesus postquam cenauit. Calicem salutaris.*“ Post uesperas: „*Postea presbiter dicat postcommunione: Refecti uitalibus alimentis . . . Et diaconus dicat: Benedicamus domino. Deo gracias. A uespera huius diei nuda sint altaria usque mane sabbati.*“

f. 49'—52: „*Ordo in parasceue. Hora VI. conueniant omnes ecclesiastici in ecclesiam, salutiferam salutare crucem. Et preparent se presbiteri et ceteri, quantum opus sit ad ministrandum ad missam, cum cantoribus et reliquis ministris, uestibus quadragesimalibus induti, scilicet planetis fuscis, non nudis pedibus. Non enim licet presbiterum aut diaconem (!), uel acolitum ad altare ministrare nudis pedibus. Procedentes itaque de sacrario usque ad altare absque cantu, prostratu (!) omni corpore in terram diucius et oratione completa, absque osculato altari uadant ad sedem presbiteri more solito, mittaturque paruum linteum super altare nudum de sub euangelio. Ante euangelium non portentur candelae, neque incensum. Et ut uenerit presbiter ante altare sancte crucis dicat.*“ — Lectiones, orationes, tractus ut in MRom. Dein legitur: „*Quo finito legatur absque salutatione Passio domini. Sic incipe sine titulo: Egressus ihc trans torrentem cedron. Hac expleta statim duo diacones nudant altare sindone, que prius fuerat sub euangelio posita. Alii uero parant sindones duas sibi inuicem coherentes, antequam legatur passio domini et in eo uersu, ubi legitur: Partiti sunt uestimenta mea, scindunt hinc inde ipsas sindones de super altare in modum furantis et secum auferentes (!). Euangelio finito uadant presbiter et dicat orationes sicut in libro continentur.*“ — Post orationes solemnes (f. 50—51) sequitur adoratio crucis (f. 51—51'); collata cum Tab. XIX, I. (1) „*Finitis orationibus duo presbiteri stantes retro altare incipiant: Popule meus. Diacones baiuli reliquiarum cantent: Ayoc. Chorus respondeat: Sanctus immortalis. Item presbiteri: Quia eduxi te. Baioli reliquiarum: Ayoc.*“ — (2) „*Tunc presbiter accipiens casulam de cruce, dicat alta uoce: Ecce lignum crucis. Ps. Beati immaculati usque in quo corrigit. Iterum Ecce lignum.*“ = Tab. nr. 2. — (3) „*Dein prosternant se in terram adorare crucem cantantes has orationes: D. J. Ch. deus uerus . . . D. qui moysi . . . D. J. Ch. qui nos per crucis . . .*“ = Tab. nr. 4. 5. 6. — (4) „*Ceteri interim cantent: Dum fabricator mundi. V. O ammirabile precium.*“ = Tab. nr. 2. — (5) „*Secuntur uersus: Crux fidelis. Secuntur alii uersus. Pange lingua.*“ = Tab. nr. 3. — f. 51'—52: **Missa sicca**, collata cum Tab. XIX, II. (1) „*Salutata autem cruce tam a sacerdote, quam antistite et a ceteris, ueniat sacerdos festiuis indutus ornamentis ante sanctum altare et expectet ibi, quousque corpus domini ab archidiacono deferatur sibi. Archidiaconus autem et cum eo duo clerici vel tres, uadant ad locum, ubi pridie corpus domini seruabant. Et inde cum magna reuerencia deferant cantando hos uersus: Laudes omnipotens ferimus.*“ = Tab. nr. 1. — (2) „*Versibus finitis extendat archidiaconus corporale super nudum altare, procedensque presbiter ante altare faciat communem confessionem. Et osculans altari (!) corpus domini et calicem sine sacramento uino et aqua mixto de manu archidiaconi accipiat et inclinans erigat se et dicat: Hoc corpus quod pro. Respice qu. d. super hanc familiam tuam.*“ = Tab. nr. 2. — (3) „*Et hoc dicto, super altare sacerdos ponens calicem ordinansque oblatas, humillime dicens: Suscipe sca trinitas hanc oblationem . . .*“ = Tab. nr. 3. — (4) „*Hac finita dicat lenta uoce: Oremus. Preceptis . . .*“ = Tab. nr. 4. — (5) „*Et ita per ordinem usque tunc sumat de sancta et ponat in calicem nichil dicens,*

nisi forte aliquid secreto dicere uult. Sanctificatur enim uinum non sacratum per panem sanctificatum. Et nec Pax domini, nec Agnus dei dicatur, nec osculum detur, sed communicantes singuli in sua redeant loca.“ Duae lineae erasae sunt. „Si (!) presbiter communicans nulla ratione nisi pro infirmis quisquam de corpore et de sanguine dimittat.“ = Tab. nr. 5.

f. 52—55: „Ordo in sabbato sancto.“ Collatus cum Tab. XX. — f. 52—53: **Benedictio ignis.** (1) „Sabbati die ornatur ecclesia omnibus ornamentis et utensilibus suis. Hora VII. conveniat omnis clerus in ecclesiam et paret se uestimentis sollempnibus. Diaconi dalmaticis. Subdiaconi sericis albis. Paratisque omnibus expectent iussum pontificis in ordine suo in choro. Cum autem presbiter fuerit paratus in sacrario, ueniat clerus obuiam sibi cum aqua benedicta et thuribulis et candelabris, sine igne et plenario. Et surgens presbiter eat cum plena processione et crucibus cantando XV-cim graduum psalmos, ubi fuerit ignis paratus ad benedicendum. Psalmi autem hi sunt . . .“ = Tab. XXX, I, nr. 1. — (2) „Finitis psalmis ita incipiat oraciones per ordinem sicut in libro continentur: D. s. p. o. e. d. in nomine filii tui . . .“ = Tab. nr. 2. — (3) „Benedictio super cereum et incensum. O. s. d. mundi conditor . . .“ = Tab. nr. 3. — (4) „Alia oratio. D. qui per filium tuum angularem . . .“ = Tab. nr. 4. — (5) „Item alia. D. s. p. o. e. d. benedicientibus nobis hunc ignem . . .“ = Tab. nr. 6. — (6) „Alia or. D. s. p. o. lumen indeficiens . . .“ = Tab. nr. 5. — (7) „Tunc apponatur incensum et aspergatur aqua benedicta et per omnes domos extincto ueteri igne, nouus diuidatur ciuibus. His completis redeant inde ad locum ubi diaconus est cereum benedicturus, duobus pueris cantantibus hos uersus: Inuentor rutili, cum IIII. uersibus.“ = Tab. nr. 7. — f. 54: Post **Exultet** legitur: „Hoc expleto per uniuersas domos extinguatur ignis et incendatur de nouo et benedicto igne.“ — f. 54—54': **Benedictio fontis**, collata cum Tab. XXX, III. — (1) „Tunc lector ascendens in ambonem legere, non pronunciet ante lectionem non dicatur oratio, sed lector sic inchoet sine titulo: In principio creauit deus celum et terram. Ea perlecta dicat presbiter absque salutatione orationes: D. qui mirabiliter . . .“ = Tab. nr. 1. — (2) „Lectio II. Factum est in uigilia . . .“ = Tab. nr. 2. — (3) „Lectio III. Apprehendent . . .“ = Tab. nr. 3. — (4) „Lectio IIII. Scripsit Moyses canticum . . .“ — (5) „Tractus Sicut ceruus . . .“ = Tab. nr. 5. — (6) „Interim autem dum lecciones leguntur, presbiteri catezizent infantes, finitis autem leccionibus sanctissimi diei sabbati, duo acoliti tenentes ampullas coopertas, et de crismate et de oleo sancto, et uas aureum uel argenteum, unde mittatur crisma in fontem, procedant obuiam presbiteris cum crucibus, ampulla crismatis stante media, parataque processione, duobus diaconibus cereos ante eum gestantibus, cum omni decore pergant ad fontem, hos uersus cantando: Rex sanctorum angelorum . . .“ Cf. Tab. nr. 6. — (7) „Interim pontifex intret in consecracionem fontis et fiat benedictio fontis.“ Dein statim sequitur missa sabbati sancti, e qua relevandum censemus notam f. 55: „Post missam, antequam accipiant infantes corpus et sanguinem domini, dicatur super eos hec oratio: Presta qu. o. d. ut diuino munere saciati et sacris mysteriis innouemur et moribus.“

f. 55—55': **Ludus paschalis.** — „Ad matutinas . . . Decantantes uero tertium responsorium, cum crucibus et cereis et thuribulis et timiamatis, omnes simul perueniant ad sepulcrum, diacones autem duo angelico habitu ibidem sedentes istum imponant uersiculum: Quem queritis in sepulchro, o christicole. — Illi autem qui thuribula cum timiama: Ihesum nazarenum. — Item diaconus: Non est hic, surrexit. — Et iterum: Venite et uidete locum. Illi autem tollentes posita linteamina reuertantur ad chorum cantando: Surrexit dominus de sepulchro. — Tunc incipiat presbiter: Te deum laudamus. — Sequitur uersus: Surrexit dominus uere. — Post

hec: *Deus in adiutorium et sequantur matutinales laudes.* — Post laudes nota haec: (f. 55'): „*Dein fiat sermo a sacerdote ad populum. Postea detur pax populis.*“¹

f. 55'—56: **Processio paschalis:** „*Ora tertia omnes clerici sollempnibus uestimentis sint parati et inprimis fiat exorcismus aque. Post hec presbiter accipiens de ipsa aqua et spargat super altare ita dicendo: Vidi aquam. Ps. Confitemini domino*“ — cum neumis — „*V. Quoniam apud te est fons vite. Et in lumine t(uo) v(idebimus) l(umen). D. qui ad eternam uitam in xpi resurrectione . . .*“ — (2) „*Finita oracione incipiat cantor: Cum rex glorie. Et sic ueniant cantantes usque ad sanctam margaretam et ibi dicatur: O quam preciosa est, post hec oratio: D. qui paschale nobis remedium contulisti, intercedente b. margareta populum tuum celesti dono proseguere, ut inde post inperpetuum gaudeat, unde nunc temporaliter exultat.*“ — (3) „*In redeundo cantentur uersus: Salue festa dies, toto v(enerabilis) aevo. Finitis uersibus canatur ant.: Sedit angelus. Et sic ueniant ad ecclesiam ornantes se ante altare sce crucis et canatur uersus: Crucifixum dominum laudamus.*“ — (4) „*Finito uersu intrantes chorum dicant: Nolite metuere. Et alii duo ante altare proseguantur istum uersum: Recordamini quomodo predixit. Alleluia.*“ — (5) „*Tunc dicatur hec oratio: Suscipe domine preces nostras et per resurrectionem . . .*“

f. 56'—57: **Benedictio esculentorum in pascha;** post missam dominicalem (1) „*Iuxta romanam auctoritatem agnus in pascha domini benedicitur non ad altare, sed ad communem mensam. Benedictio agni. D. uniuerse carnis conditor qui noe et filiis suis . . .*“ = Franz, Bened. I, 585. nr. 3. — (2) „*Benedictio lardi. Benedic + domine creaturam istam lardi . . .*“ = Franz, Bened. I, 589. nr. 13. — (3) „*Benedictio Carnis. Creator et conseruator generis humani . . .*“ = Franz I, 261 adhibita ad benedictionem panis; I, 385: avenae; I, 608: domus. — (4) „*Benedictio uolucrum. D. uniuerse conditor creature qui inter ceteras diuersarum creaturarum species . . .*“ = Franz, Bened. I, 586. nr. 8. — (5) „*Benedictio Casei. Dignare d. d. o. + benedicere et + sanctificare hanc creaturam casei . . .*“ = Franz, Bened. I, 592. — (6) „*Benedictio ouorum. Subueniat qu. d. tue benedictionis gracia huic ouorum creature . . .*“ = Franz, Bened. I, 592. — (7) „*Benedictio communis. D. qui per resurrectionem filii tui . . .*“ = Franz, Bened. I, 589 nr. 14. — (8) „*Benedictio dei patris + omnipotentis + et filii + et spiritus sancti descendat et maneat super has creaturas. Amen.*“

f. 57: **Officium fontis in hebdomada paschali:** „*In die Sancto in secunda uespera canatur Kyrie el. Xpe el. Kyrel. Sequitur: Angelus autem domini. Per ordinem psalmi: Dixit dominus. Ps. Confitebor. Ps. Beatus uir. G(raduale): Hec dies quam fecit dominus. Alleluia. Pascha nostrum. V. Surrexit dominus de sepulchro. Qui pro nobis (pendit in ligno). Sequitur: D. qui hodierna die per unigenitum tuum eternitatis n(obis) aditum) . . .*“ — (2) „*Finita oracione eant cum processione ad fontem accepta cruce et sacrata candela Vidi aquam egredientem de t(emplo). In die resurrectionis mee.*“ (cum neumis). — (3) „*Postquam perueniunt ad fontem, imponant ant. Pre timore autem eius. Ps. Laudate pueri dominum. Ant. Respondens autem angelus. Ps. In exitu israel. V. Quoniam apud te est fons uite. Cc. qu. o. d. ut qui resurrectionis dominicae . . .*“ — (4) „*In reuersione de fonte ad chorum cantetur: Salue festa dies, vel Sedit angelus. Siue R. Christus resurgens ex mortuis. V. Surrexit xps et illuxit populo suo. Presta qu. o. d. ut qui resurrectionis*

¹ Cf. uberius de hoc ludo M. Zalán, Pannonhalmi Szemle 1927, 97—104 et Jahrbuch f. Liturgiewissenschaft 1927, 292.

dominice . . .“ — (5) „*Et sic peragant processionem ad fontem per totam septimanam usque in diem ueneris. In eadem die uespera celebrata effundant fontem.*“¹

f. 60: Post 4 prophetias vigiliae Pentecostes haec nota: „*Quibus finitis fiat processio ad fontem: Rex sanctorum angelorum. Ibiq̄ue expleto baptisterio redeant ad chorum cum eadem processione cantando letaniam: Kyriel. x. k. Sed hoc secundum canonicos, secundum uero ordinem monachorum finitis leccionibus et orationibus dicatur letania.*“²

f. 65: „*Dominica XXII.*“ (post Pentecosten).

f. 65^o—66^o: „*Dom. I. de aduentu domini*“ Dominicae 4 Adventus et 4 tempora. — Feriis aduentus leguntur duae missae in sacramentario: Prior „*De sancta Maria*“, oratio „*D. qui de B. M. V. utero . . .*“, praefatio „*Qui per b. Marie uirginis partum ecclesie tue tribuisti celebrare mirabile mysterium . . .*“³ Missa altera de aduentu: „*Communis. Conscientias nostras qu. d. uisitando purifica . . .*“

f. 67—96^o: „*Siluestri cf. atque pontificis*“ = **Proprium Sanctorum Sacramentarii.**

f. 68^o—70: „*Ordo in purificatione sce M(ariae)*“; collatus cum Tab. XVI. (1) „*Inprimis sacerdos ante altare dicat: Asperges me domine y(ssopo) Erudi qu. d. plebem . . .*“ = Tab. nr. 1. — (2) „*Hac dicta scola exeunte de choro dicat R. Postquam impleti sunt dies. Illo expleto sequantur cetera usque ad certum locum: Famulorum tuorum qu. d. delictis ignosce . . .*“ = Tab. nr. 2, sed R. aliud est. — (3) „*Qua finita benedicatur nouus ignis sic dicens: D. s. p. o. e. d. benedicere et sanctificare digneris ignem . . .*“ = Tab. nr. 3. — (4) „*Benedicto igne dicat: Aue gracia plena dei genitrix uirgo.*“ = Tab. nr. 4. — (5) „*Interea dum cantatur ant. benedicantur cerei: Ostende nobis d. misericordiam tuam. D. v. Et. c. sp. t. Adesto qu. dne supplicationibus nostris et has candelas tua benedictione perfunde . . . a uia ueritatis oberret.*“ — (6) „*O. s. d. qui hodierna die unigenitum tuum ulnis . . .*“ = Tab. nr. 5. — (7) „*Qua finita canatur alia ant. Adorna thalamum tuum sion.*“ — (8) „*Oratio. D. d. creator celi et terre rex . . .*“ = Tab. nr. 6. — (9) „*Post hanc cantetur: Responsum accepit symeon.*“ = Tab. nr. 7. — (10) „*Deinde dicatur oratio: Benedic d. J. Ch. hanc creaturam cere . . .*“ = Tab. nr. 8. — (11) „*V. D. Quia per serenissimam et placidissimam . . .*“ = Tab. nr. 9. — (12) „*Qua finita dicatur: O. s. d. qui per moysen famulum tuum . . .*“ = Tab. nr. 10. — (13) „*Illa dicta incipiat cantor alta uoce ant. Lumen ad reuelationem gentium . . . Interim dum ista ant. cantatur, custos ecclesie distribuatur candelas fratribus, maior uero magister pueris.*“ = Tab. nr. 11. — (14) „*Dein sacerdos stans ante altare dicat hanc orationem: Illumina qu. d. populum tuum . . .*“ = Tab. nr. 12. — (15) „*Ad processionem canatur R. Gaude maria uirgo. V. Gabrielem arch.*“ — (16) „*Tunc accedant duo presbiteri et tollant capsam cum reliquiis, incipiente sacerdote: ant. Senex puerum portabat et tunc redeant inde.*“ — (17) „*Sequatur: Quod chorus uatum*“ = Tab. nr. 13. — (18) „*Quibus finitis ad introitum ecclesie dicat sacerdos: V. Introibo in domum tuam d(omine). D. v. D. J. Ch. qui introitum, vel istam: Da qu. dne populo tuo inuiolabilem fidei firmitatem . . .*“ = Tab. nr. 15, sed I. oratio deest. — (19)

¹ Cf. usum hunc Romanum in Sacramentario Gelasiano: Wilson, *The Gelasian Sacramentary*, Oxford 1894, 336; in Gregoriano: K. Mohlberg, *Die älteste erreichbare Gestalt des Liber sacramentorum anni circuli der römischen Kirche*, Münster i. W. 1927, 26; cf. adhuc Kniewald *Theologia* 1939, 109.

² De hac adnotatione cf. F. Kúhár MKSz 1939, 67—69.

³ Textus idem ac A. Muratori, *Liturgia Romana uetus*, Venetiis 1748, II, 810; cf. F. Kúhár, *Mária-tiszteletünk* 1939, 15.

„*Intrantes ad crucem incipiant: Cum inducerent. Ps. Benedictus. Et ita alta uoce cantando ant. accedant in choro, ibique finito psalmo, dicatur a presbitero hec oratio: V. Suscepimus dne misericordiam tuam. In medio t(empli)*“ = Tab. nr. 16. — (21) „*Perfice in nobis qu. dne gratiam . . .*“ = Tab. nr. 17. — (22) „*Ad sanctam mariam ant. Hodie beata uirgo maria. V. Post partum uirgo inuiolata.*“ — (23) „*Sequitur: O. s. d. maiestatem tuam supplices exoramus.*“ — (24) „*Mox pulsatis omnibus signis missa celebretur, tenentibus omnibus candelas et sacerdote et leuita usque ad offeritorium et tunc post hostiam offerant eas. Candela uero sacerdotis ponatur super candelabrum, ubi per totam missam ardeat. Qua finita custos ecclesie ibidem eam extinguat.*“

f. 70': Inter 2. et 3. Febr. legitur: „*De sepulchro domini. D. qui s. filii tui sepulchrum fidelibus tuis per angelicum reserasti ministerium, pr. qu. ut omnes qui illud uenerantur, uiciorum de sepulchris resurgere mereantur.*“

f. 73—73': „*Adalberti epi. et mr.*“ — Deinde: „*Georgii mr.*“

f. 77': „*S. Ladizlai regis. D. qui b. Ladizlaum regem nostrum et confessorem tuum miro miserationis modo delinquentem ad ueniam et iustum transtulisti ad gloriam, pr. qu. ut quem rectorem habuimus in terris, eum modo protectorem scenciamus in celis.*“ — „*Alia missa. D. qui beato Ladizlao regi et confessori tuo post terrene dignitatis fastigium eternitatis lauream contulisti, cc. propicius ut qui eius merita uenerantur in terris, ipsi quoque in gloria consocientur in celis.*“

f. 80: „*Octaua S. Benedicti. D. qui beatissimum benedictum confessorem tuum spiritualis discipline nobis doctorem dedisti, da qu. ipso interueniente, ut salutaria eius monita adimplere et ad promissa mereamur premia peruenire.*“ — „*Helye prophete. D. qui beatum heliam prophetam martiris uirtutibus decoratum igneo curru subleuasti ad celum, tribue fidelibus tuis ipsius meritis adiuuari et patrociniiis communiri.*“

f. 82': (die 6. Aug.) „*Infra actionem. Intra quorum . . . largitor admitte. Benedictio uee (!). Benedic domine et hos fructus noue uee, quos tu domine rore celi et inundancia pluuiarum et temporum serenitate atque tranquillitate ad maturitatem perducere dignatus es et dedisti eos ad usus nostros cum gratiarum actione percipere, in nomine d. n. J. Ch.-i. Per quem hec omnia . . .*“ Cf. Franz, Bened. I, 372.

f. 84'—85: (die 19. 20. Aug.) „*Vigilia*“ (s. regis Stephani). „*D. qui nobis beatissimum regem Stephanum et confessorem tuum eterne uite eruditorem contulisti, cc. propicius, ut fidem tuam, quam ipso docente percepimus, eius suffragantibus meritis, moribus et uita teneamus.*“ — „*In die sancto. D. qui b. Stephanum regem et confessorem tuum terreni imperii gloria coronasti et sanctorum tuorum societate sublimasti, pr. qu. ut quem pannonia meruit habere diuine religionis doctorem in terris, eum modo ecclesia tua mereatur habere defensorem in celis.*“ — „*Translatio. Cc. qu. nos o. d. per interuentum b. Stephani gloriosissimi pannoniorum regis, cuius hodierna die translacionem celebramus, pacifice mundi cursus peragere, qui diuinitus inspiratus sibi subiectos populos tue maiestati meruit subicere.* — *Secreta. Placeant munera o. d. per interuentum beati (!) que tue clemencie deferimus, per merita beati stephani gloriosissimi pannoniorum regis, nosque ab omnibus tueantur aduersis, quos pro eterna remuneratione in fide sancte trinitatis solidare non distulit.* — *Co(m)munio. Sumpta sacrificia nos qu. d. a laqueis inimicorum nostrorum defendant et per merita b. Stephani gloriosissimi pannoniorum regis ad eterne patrie claritatem perducant.*“

f. 89: (24. Sept.) „*Eodem die Gerardi. D. qui b. Gerardum pontificem agone martirii . . .*“



f. 90—90': (6. Oct.) „*Eodem die Sanctorum Patriarcharum abraham, ysaac et Jacob. Iusti epulentur. Ps. Exurge deus. G(raduale) Exultabunt sancti. V. Cantate dno. Alleluia. Iusti epulentur. — Of(fertorium). Letamini in domino. — Co(mmunio). Iustorum anime. — D. qui nos uoluisti exemplis patriarcharum tuorum, abraham ysaac et iacob erudiri, da nobis ipsis intercedentibus eorum documenta in omnibus sequi, quatenus illorum meritis mereamur peruenire, quo illi gratia tua se peruenisse letantur. — L(ecio) L(ibri) Sapiencie. (Ecc'i. 44, 20—27.) — Secundum Lucam (13, 28—30). — Secreta. Sanctificationis omnis sanctificator deus, oblata et offerentes sanctifica, ob merita sanctorum patriarcharum abraham ysaac et iacob, offerentibusque concede, sic oblata sumere sanctificata, ut per hanc perceptionem sint tibi accepti. — Co(mmunio). Perceptio corporis et sanguinis domini n. J. Ch. commemoracione sanctorum patriarcharum Abraham ysaac et iacob obtineat, ut sit sumentibus ad remissionem peccatorum et ad consequendam celestis uite perpetuitatem.“*

f. 91: (11. Oct.) „*D. qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hodierna die corporis b. stephani regis et confessoris tui consecrasti, da nobis salutem mentis et corporis, ut et illius inuencionis sit ueneratio ex nostra deuocione et nobis auxilium proueniat de eius festiua intercessione.“*

f. 93: (5. Nov.) „*Henrici cf.“ = S. Emerici ducis. „Fac nos qu. d. d. n. beati confessoris tui Henrici foveri suffragiis et quem diuersis miraculis facis clarescere, eius nos precibus a peccatis absolutos, in tua semper miseracione custodi. — Alia. D. qui florentem ab adolescencia dilectum tuum henricum ab omni contagione conuersacionis humane mundum reseruasti, pr. qu. ut sicut ille sola tue pietatis electione sanctorum tuorum meruit contubernium, sic nos tui fideles ipso interueniente solo gratie tue respectu nostrorum mereamur indulgentiam peccatorum.“ — In margine ab eadem manu: „Deus qui in beati Henrici confessoris tui mente tenera adhuc etate florentem mundum arere fecisti, fac in nobis qu. ut tua semper gracia floreat et ab omni discrimine mundi funditus arescat.“*

f. 96'—99: „*Vigilia I-us apostoli. Commune Sanctorum. Plurimorum apostolorum. — Vigilia unius martiris. — In die sancto. — Plurimorum martirum. — Vnius confessoris. — Vnius confessoris et pontificis missa. — Item unius confessoris. — De plurimorum confessorum. — Missa unius virginis. — Vnius virginis et martiris.“*

f. 98: Scriptum sine omni dubio a manu „*tertia“*, ergo inter 1192—5: „*Missa de sca Anna. O. s. d. uniuersa nobis aduersancia propiciatus excludere, ut intercessione sce Anne genitricis beate Marie matris filii tui noxia cuncta submoueas et omnia nobis profutura concedas. — Secreta. Super has qu. o. d. pater oblaciones que in memoria sanctissime anne matris beatissime genitricis unigeniti tui d. n. consecrantur et tuam effunde benedictionem et pro ea tribue nobis cordium purificationem. — Co(mmunio). Sumpta sacramenta qu. d. intercedente beatissima anna matre gloriose genitricis unigeniti tui nos et ab hostium defendant formidine et eterne mortis amaritudine.“*

f. 98—98': „*Plurimarum uirginum. — Item plurimarum uirginum et martirum. — In die dedicacionis templi.“*

f. 99—123: *Missae uotivae. „Missa de sacramentis dominicis. Corda nostra qu. dne sanctus splendor tue incarnationis, natiuitatis, circumcissionis, apparicionis, oblacionis, baptismi, transfiguracionis, beate passionis, et ammirabilis resurrectionis, ascensionisque atque aduentus spiritus sancti clementi respectu illustret, quo mundi huius tenebris carere ualeamus et ipso nos ducente in omnem uiam ueritatis perueniamus ad patriam claritatis eterne.“*

f. 99': „*Missa votiva. O. s. d. cui redditur uotum in iherusalem, per merita et intercessionem sancti N. martiris tui exaudi preces famuli tui N., memor esto sacrificii sui et pingua fiant holocausta eius, tribue ei, qu. diuicias gratie tue, comple in bonis desiderium eius, corona eum in miseracione, et misericordia et ut tibi domino pia deuocione iugiter famuletur, ignosce ei facinora, et ne lugenda committat, dono tue pietatis indulge.*“

f. 99'—103: *Missae votivae per hebdomadam: „Missa de sancta Trinitate. — Feria II ad poscenda angelorum suffragia. — Feria III Missa de sapientia. — Feria IIII ad gratiam sancti spiritus postulandam. — feria V. missa de karitate. — feria VI Missa in honore S. Crucis. — Sabbato missa in honore s. Marie.*“

f. 103'—116: „*Missa de omnibus sanctis — Alia missa de omnibus sanctis — Missa pro reliquiis in ecclesia positis — (f. 104) Missa cuiuslibet sancti in ecclesia — Missa in honore S. M(arie) omniumque sanctorum — Missa generalis — (f. 104') Missa communis — (f. 105) Missa S. Augustini pro uiuis atque defunctis. O. s. d. qui uiuorum dominaris simul et . . . — (f. 105') Missa Communis pro uiuis atque defunctis — (f. 106) Missa Communis — (f. 106') Missa pro salute et pro requie defunctorum — Petri et Pauli apostolorum — Omnium sanctorum — (f. 107) Missa pro rege (missa plena!) — (f. 107') Pro rege in tempore belli — Missa pro imperatore (In textu loco „imperatoris“ scriptum est „regis“.) — Missa pro papa uel episcopo — (f. 108) Pro antistite et sibi subiectis (missa plena) — (f. 108') Missa pro abbate — Alia missa pro abbate — Missa pro Congregatione — (f. 109) Alia missa pro Congregatione. — (f. 109') Propria sacerdotis. — (f. 110) Alia missa sacerdotis — Pro temptatione inimicorum inuisibilium — De compunctione cordis — (f. 110') Missa pro concordia fratrum — Missa pro temptatione carnis — Alia missa — (f. 111) Ad lacrimas postulandas — Pro amico uiuente — (f. 111') Alia missa pro amico uiuente — Item alia missa — Missa pro amico fidei — (f. 112) Alia missa — Missa pro confitenti peccata — Pro salute uiuorum uel amicorum — (f. 112') Missa pro amicis — Missa generalis pro deuotis — (f. 113) Generalis — Pro tribulatione uel captiuis — (f. 113') Missa pro quacunque tribulatione — (f. 114) Contra iudices male agentes — Missa contra obloquentes — Missa contra hostes — Missa pro peccatis (missa plena) — (f. 114') Pro pace (missa plena) — (f. 115) Pro iter agentibus (missa plena) — (f. 115') Missa pro confitentibus — (f. 116) Missa pro ordinibus — Missa pro peccatis.*“

f. 116'—117': *Ritus matrimonii celebrandi. — f. 116'—117': „Missa de S. Trinitate super sponsum et sponsam. Benedicta sit sca trinitas. Exaudi nos . . .“ = MRom. — „Ad Corinthios.“ (textus I. Cor. 6, 15—20.) — „G(raduale) Benedictus es domine. — Sec. Lucam.“ (textus MRom.) — „Prephatio. Qui federa nupciarum blando concordie iugo et insolubili pacis uinculo . . . regeneracio ad ecclesie statum.“ — „Infra canonem. Hanc igitur oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerimus domine pro famula tua quam perducere . . . uiro suo copulare digneris.“ — „Post Co(mmunio)“ = MRom. — f. 117—117': „Benedictio super sponsum et sponsam. (1) „Miserere mei deus s(ecundum) m(agnam) Gloria patri. Sicut erat.“ — (2) „Kyrie el. Xpe el. Kyrel. Pater noster.“ — (3) „Saluos fac seruos tuos domine. Deus meus sperantes in te. — Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de sion tuere eos. — Esto eis dne turris fortitudinis. A facie inimici. — Exurge dne adiuua nos. Et l(ibera). — Dne exaudi . . .“ — (4) „D. qui potestate uirtutis tue . . . nunquam liceret disiungi.“ = MRom. — (5) „D. qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam . . . et ad optatam perueniant senectutem.“ = MRom. — (6) „Benedictio Anuli. Ostende nobis dne misericordiam tuam. Et salutare t(uum). — D. v. — Creator et conseruator generis humani, dator eterne salutis deus, tu mitte*

benedictionem tuam super hunc anulum. Amen.“ — (7) „*Dum mittis anulum in manum, dicas: Anulo sue fidei et sancte religionis subbarete te dominus ihc xpc. amen.*“ — (8) „*dein sequantur preces: Manda deus uirtuti tue. Confirma hoc deus. A templo tuo in iherusalem. Tibi offerent r(eges) m(unera). Increpa feras arundinis.* — *Kyriel. Xpel. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Saluos fac seruos tuos. Domine d(eus) m(eus) s(perantes) i(n te.) Esto eis domine t(urris) f(ortitudinis.) D. v. Et c. sp. t.*“ — (9) „*Benedictio super utrosque. Benedicat et custodiat uos deus pater, ostendatque dominus faciem suam uobis et misereatur uestri, conuertatque dominus uultum suum ad uos et det uobis pacem impleatque uos omni benedictione spirituali in remissionem peccatorum, ut habeatis uitam eternam. Amen.*“ — (10) „*Ps. Beati omnes qui timent dominum. Totum psalmum cum gloria patri.*“ = RSt. — (11) „*D. abraam, d. ysaac, d. iacob ipse uos coniungat, impleatque benedictione sua in uobis. Per x.*“ — (12) „*Alia. Benedic+domine de celis hanc conuencionem et sicut misisti angelum tuum raphaelem ad tobiam et saram filiam raguelis, ita digneris domine mittere benedictionem tuam super hos adolescentes, ut in tua caritate consistant et in amore tuo uiuant et multiplicentur in longitudine dierum.*“ — (13) „*Alia. D. abraam, d. ysaac, d. iacob, benedic adolescentes istos et semina semen uite eterne in mentibus eorum, ut quicquid pro utilitate didicerint, hoc facere cupiant. Per ihm xpm recuperatorem hominum filium tuum unigenitum. Qui tecum.*“ = RSt. — (14) „*D. v. Et c. sp. t. — Benedicamus domino. Deo gracias. Benedic+dei omnipotentis et filii+et spiritus sancti+descendat et maneat super uos. Amen.*“ — (15) „*Benedictio thalami. Benedic+domine thalamum istum et omnes quiescentes in eo, ut in tua pace consistant . . .*“ ut in nr. 6. supra. — (16) „*Alia. Benedicat+uos deus qui trinus est in numero et unus est in nomine. Amen.*“

f. 118—123: „*ad Pluuiam postulandam.* — *alia — alia — (f. 118') Ad poscendam celi serenitatem (missa plena) — (f. 119) Pro (!) fulgura et tempestates — Pro frugibus terre — (f. 119') Pro (!) pestilencia et fame — Contra Paganos — Pro temptatione sinodi vel colloqui — Pro peste animalium.* — (f. 120) *Pro infirmis (missa plena) — (f. 120') Missa qui uexacione fatigatur. — Pro infirmo qui prope est ad mortem. — (f. 121) Pro nauigantibus. — Iter (!) belli. — Pro elemosinarijs. — (f. 121') Pro infirmo in domo. — Pro renunciantibus seculo. — (f. 122) Missa pro captiujs. — Ab ydola prohibenda. — Pro sterilitate femine. — (f. 122') Contra diabolicas illusiones. — Missa pro inimicis. — Missa pro cuncto populo catholico. — (f. 123) Missa in ordinacione presbiteri. — Missa de furto.*“

f. 123': „*Missa in agenda mortuorum.*“ — (Introitus.) „*Si enim credimus quod ihc mortuus fuerat et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt per ihm, adducet cum eo. Et sicut in adam omnes moriuntur. Ps. Requiem eternam dona eis domine. — G(raduale.) Si ambulem in medio umbre mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. — Tr(actus.) De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi uocem meam. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine, domine qui (!) sustinebit. Quia aput (!) te propiciacio est et propter legem tuam sustinui te domine. — Of(fertorium.) Domine ihu xpe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscura, sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. V. Hostias et preces . . . ad uitam. V. Requiem . . . luceat eis. V. Redemptor animarum omnium xpianorum mitte archangelum sanctum michaellem, ut ille dignetur eas eripere de regionibus tenebrarum et perducas eas in sinum abrahe in lucem sempi-*

ternam. *Quam olim.* — *Co(mmunio.)* *Tuam deus deposcimus pietatem, ut eis tribuere digneris lucidas et quietas mansiones pro quarum memoria corpus xpi sumitur, dona eis domine requiem sempiternam et lux perpetua luceat eis, pro quorum memoria sanguis xpi sumitur, dona eis requiem sempiternam.*“ — II. missa pro defunctis: (Offertorium.) „*O pie deus, qui primum hominem ad eternam gloriam reuocasti, pastor bone, qui ouem perditam pro humero ad ouile reportasti, iuste iudex, dum ueneris iudicare, libera de morte animas eorum, quas redemisti. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, ne derelinquas eas in finem. Domine ihu xpe iudex mortuorum, sola spes mortalium, qui moriens morientium condoluisti interitu, ne intres in iudicium cum fidelibus tuis, ne dampnemur cum impiis in aduentu tui districti iudicis. Ne tradas b(est)iis.*“ — *Co(mmunio.)* *Absolute domine animas eorum ab omni uinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitari (!) respirent. Requiem eternam.* — *Co(mmunio.)* *Amen dico uobis uenient (!) hora, quando mortui audient uocem filii dei et resurgent qui in monumentis sunt. Requiem eternam.*“

f. 123'—128: „*Missa in die III-o, vel VII-o, vel XXX-o, vel in anniuersario* — (f. 124') *Missa in die deposicionis* — (f. 124') *pro episcopo* — *Missa pro abbate* — (f. 125) *Missa sacerdotis* — *Pro sacerdotibus* — *Pro vno defuncto* — *Alia missa pro vno defuncto* — (f. 125') *Pro his qui loca sancta edificauerint.* — *Missa pro femina* — *Missa pro plurimabus feminis* — (f. 126) *Pro penitencia desideranti* — *Pro elemosinariis* — *In anniuersario* — (f. 126') *Alia missa in anniuersario* — *Pro pluribus defunctis* — *Alia missa plurimorum defunctorum* — *Missa pro patre et matre* — (f. 127) *Missa pro fratribus nostre congregacionis* — *Missa pro familiaribus* — *Pro sepultis in cimiterio* — (f. 127') *Missa pro omnibus fidelibus defunctis* — *Missa communis.*“ — f. 124: Praefatio pro defunctis: „*V. D. Per quem salus mundi, per quem uita omnium, per quem resurrectio mortuorum, ipsum te domine suppliciter deprecamur, ut anime famuli tui N. indulgentiam largiri digneris perpetuam atque contagiis mortalitatis exutam in eterne saluacionis partem constituas.* — *Infra actionem. Hanc igitur oblacionem, quam tibi pro anima famuli tui N. quam hodie assumpsisti, offerimus, qu. dne ut placatus accipias, et quicquid humane condicionis obreptio contraxit, expedias, ut tuis purificata remediis ad gaudium sempiternum perueniat.*“ — f. 127': Praefatio: „*V. D. Qui nobis in xpo unigenito filio tuo d. nostro spem beate resurrectionis concessisti, pr. qu. ut anime pro quibus hoc sacrificium redemptionis nostre tue offerimus maiestati, ad beate resurrectionis requiem te miserante cum sanctis tuis peruenire mereantur.* — *Infra actionem. Hanc igitur . . . quam pro animabus fidelium tuorum tue supplices pietati offerimus, ut per hec sancta misteria ab omnibus absoluti peccatis, eterne beatitudinis participes efficiantur.*“

f. 128—129: Lectiones missae pro defunctis: II. Mach. 12, 43—46; I. Thess. 4, 13—18; Apc. 14, 13; I. Cor. 15, 20—23a; Jo. 6, 37—40; Jo. 6, 51—55; Jo. 11, 21—27; Jo. 5, 21—24; Jo. 5, 25—29.

f. 129: „*Missa generalis pro defunctis. Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum, omnium episcoporum, abbatum, presbiterorum, clericorum, cananicoꝝ (!) monachorum, diaconorum, subdiaconorum, regum, ducum, principum, pauperum, diuitem, mediocrum seu parentum, genitorumque nostrorum, patris scilicet et matris, necnon et eorum qui se in nostras commendauerunt oraciones et suas nobis largiti sunt elemosinas, siue omnium utriusque sexus fidelium defunctorum, hic et ubique in xpo quiescentium, cunctorum remissionem tribue peccatorum.*“

f. 129'—136': *Rituale breve.*

f. 129'—131': *Aspersio aquae benedictae in monasterio.* (1) „*Exorcismus salis et aquae in omnibus diebus dominicis. Sit nomen dni benedictum. Ex hoc nunc et usque in seculum. Adiutorium nostrum in nomine domini. Deus in adiutorium meum intende. I(n)te)gr(e) cum gloria patri. Kyriel. Xpel. Kyrel. Credo in deum. Carnis resurreccionem.*“ — (2) „*Hic non dicit oremus. Exorcismus salis. Exorcizo te creatura salis . . .*“ = Franz, Bened. I, 145 nr. 1. — (3) „*Exorcismus aquae. Exorcizo te creatura aquae . . .*“ = Franz, Bened. I, 146 nr. 3. — (4) „*Benedicchio aquae. D. qui ad salutem . . .*“ = Franz, Bened. I, 146, nr. 4. — (5) „*Hic mittatur sal in aquam: Fiat hec commixcio salis et aquae . . .*“ = MRom. — (6) „*Oratio. D. inuicte uirtutis auctor . . .*“ = Franz, Bened. I, 146 nr. 5. — (7) „*Dominus uobiscum. Et C. sp. t. Benedicamus domino. Deo gracias. Benedicchio dei omnipotentis + patris et + filii et + spiritus sancti descendat et maneat super hanc aquam.*“ — Dein sequitur processio cum aqua benedicta in toto monasterio. (1) „*In sacrario. Pax huic domui. Pax intrantibus et ministrantibus in ea. D. v. Et c. sp. t. Oratio. O. et m. d. qui sacerdotum ministerio ad tibi seruiendum et supplicandum uti digneris, qu. immensam clemenciam tuam, ut quicquid modo uisitamus, uisites, quicquid benedicimus, benedicas, sitque ad nostre humilitatis introitum sanctorum tuorum meritis fuga demonum, angelice pacis ingressus.*“ — (2) „*In cimiterio. Ps. Miserere mei deus. Requiem eternam dona eis dne. V. A porta inferi. D. v. Benedicere + digneris o. d. piissime consolator uiuorum simul et mortuorum in te credencium huius terre locellum tibi d. d-o dedicatum, ut sit cimiterium, hoc est dulcis quies et dormicio corporum xpianorum ibi quiescencium et anime fidelium quorum corpora hic sepulta et sepelienda sunt resurrectura, quandoquidem spiritualia in eterna beatitudine partem et societatem cum sanctis et electis omnibus habere mereantur.*“ — (3) „*In domo infirmorum. Pax huic domui. Pax intrantibus et habitantibus in ea. O. et m. d. qui immensam clemenciam . . .*“ = Franz, Bened. I, 637, 6. — (4) „*In capitulo. Pax huic domui. Pax intrantibus et penitentibus in ea. O. s. d. qui per coequalem et coeternam tibi sapienciam perditumque hominem ad regna caelestia reuocasti, super hanc domum qu. copiam tue benediccionis effunde et meditantes in ea pietatis tue dono sanctifica, ut repleti spiritu humilitatis et de peccatis suis satisfaccionis munera careant et sacre leccionis in ea capiant intellectum.*“ — (5) „*In dormitorio. Pax huic domui. Pax intrantibus et dormientibus in ea. Benedic dne qu. hoc famulorum tuorum dormitorio. . .*“ = Franz, Bened. I, 637, 5. — (6) „*In refectorio. Pax huic domui. Pax intrantibus et manducantibus et bibentibus in ea. Oratio. O. et m. d. qui famulos tuos in hac domo alis . . .*“ = Franz, Bened. I, 639, 11. — (7) „*In caminata. Pax huic domui. Pax intrantibus et pax dormientibus et manentibus in ea. O. et m. d. cuius sapiencia . . .*“ = Franz, Bened. I, 640, 16. — (8) „*In coquina. Pax huic domui. Pax intrantibus et coquentibus in ea. D. ante cuius conspectum assistant angeli . . .*“ = Franz, Bened. I, 639, 11b — (9) „*In cellarario. Pax huic domui. Pax intrantibus et ministrantibus in ea. Oratio. O. et m. d. qui ubique presens es . . .*“ = Franz, RFlor. p. 101. — „*In orto. Ostende nobis dne . . . O. et m. d. qui orrea yoseph . . .*“ = Franz, Bened. I, 643, 27, sed in fontibus eius haec oratio „ad horrea“ dicenda est. — (11) „*In Lardario. Ostende nobis dne . . . O. et m. d. qui necessitatem generis humani . . .*“ = Franz, Bened. I, 640, 14a — (12) „*Ante portam ecclesie dicatur hec oratio: Introibo in domum tuam dne. Et adorabo ad templum sanctum. D. v. D. J. Ch. qui introitum portarum iherusalem . . .*“ = Franz, RFlor. p. 99—100. — (13) „*In introitu ecclesie incipiat cantor: ant. Iniquitates nostras aufer a nobis. Benedicamus patri et filio cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in*

secula. Kyrel. Xpel. Kyrel. Pater noster. Et ne nos. Verbo domini celi firmati s(unt.) Post partum uirgo inuiolata permansisti. Fuit homo missus a domino. Exultabunt sancti in gloria. Letabuntur (in cubilibus suis). Exurge dne adiuua nos. Dne exaudi or. D. v. OR. Via sanctorum omnium . . .“ = Franz, Rit. v. S. Florian, p. 100.¹

f. 131'—132: Orationes dominica die dicendae sec. Regulam monachorum S. Benedicti super fratres hebdomadarios: (c. 35.) „Post missas et communiones super ebdomadarium dicatur mense fratrum lectorem: Preces. Domine labia mea aperies III. Saluum fac seruum tuum. Mitte ei domine a(uxilium). Dns custodiat te ab omni malo. Dne exaudi orationem meam. D. v. Oratio. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum et auferat a te spiritum elacionis et ignorancie, ut repletus spiritu humilitatis et sciencie, intellectum capias sacre leccionis.“ — (f. 132): „Super egredientes fratres ebdomadarios coquine post matutinas. Benedictus es dne d. qui adiuuisti me et consolatus es me. III. Saluum fac seruum tuum. Conuertere dne usquequo. D. cui semper humilium accepta sunt uota animarum, respice propicius super horum tuorum fratrum nostrorum obsequia et ad tuam eos fac pertinere gratiam, ut qui ebdomade seruicium deuota mente compleuerunt, plenissimam atque largissimam ueniam consequantur. Saluator mundi, qui uiuis.“ — (3) „Super ingredientes. D. in adiutorium meum intende. Saluus fac . . . Misericors et piissime d., qui ubique famulos tuos tueris et adiuuas, huius serui tui fratris nostri in bonum accumula uotum, auge desiderium, ut recta fratribus suis impendant seruicia. Saluator mundi.“

f. 132—132': Impositio primarii lapidis ecclesiae; collata cum Pontificali Romano. (1) „Nemo ecclesiam edificet antequam ciuitatis episcopus illuc ueniat et ibidem crucem figat et ante prefiniat qui edificare uult, quid ad luminaria et ad custodiam et stipem custodum et ad supplecionem necessitatum presbiteri dotemque ecclesie sufficiat atque pertineat. Et facta dacione sic edificet. Inprimis episcopus in loco crucem, in quo altare fabricandum, figat: Signum salutis in loco . . .“ = PRom. — (2) „Quam dilecta tabernacula. Per totum“ = PRom. — (3) „Benedicchio lapidum VII. Oratio. D. s. p. o. e. d. fundator omnium creaturarum . . . conferat nomini sancto tuo.“ — (4) „Tunc aspergatur locus aqua benedicta. Et tres ex VII. lapidibus ponat in loco altaris ita dicendo: In nomine + patris et + filii et + spiritus sancti. Amen.“ — (5) „Deinde locus ecclesie circumeatur, a clero subscriptum R. cantando, episcopus VIII. reliquos lapides angulos ponendo per singulos, R. Domine ihu xpe ne despicias desiderium nostrum, sed in honore sancto genitricis tue et martirum confessorumque tuorum prepara in hoc loco habitationem tuis aptam seruiciis. V. Qui de uirgine nasci pro salute humani generis et mortem subire dignatus es. Prepara.“ (Cum notis neumaticis.) — (6) „Sequitur psalmus: Fundamenta per totum.“ (Ps. 86.) — (7) „Kyrel. Xpel. Kyrel. Pater noster. Ostende nobis dne m. t. Esto nobis dne turris f(ortitudinis). Non nobis non nobis. Fiat pax in uirtute tua. Deus tu conuersus uiuificabis nos. Preciosa est in conspectu dni. Confiteantur tibi dne o(pera). Dne exaudi. D. v.“ — (8) „D. d. qui licet celo et terra non capiaris . . .“ = PRom. — (9) „Benedicchio dei omnipotentis patris + et + filii et + spiritus sancti descendat et maneat in hoc loco. Amen.“

f. 133—136': Ritus sepulturae. — f. 133—135: Sepultura monastica. (1) „Hic sacerdos accedat ad corpus et aspergat aqua benedicta et incenset incenso. Et in fine dicit: Et ne nos, respondeant omnes: Sed libera nos a m. V. A porta inferi. D. v.“ — (2) „D. uite dator et humanorum corporum reparator . . . paradisi amenitate confoueri iubeas.“ = Franz, RFlor. 92, 10. — (3) „Alia. D.

¹ Cf. de his benedictionibus codicis Prayani M. Zalán MKS_Z 1927, 60—62.

qui humanarum animarum eternus amator es . . .“ = Franz, RFlor. 92, 26. — (4) „*Mox incipiat cantor: R. Subuenite sancti dei, occurrite angeli . . . R. Libera me . . .*“ = Franz, RFlor. 88, 22. — (5) „*Et ita cantando pulsantibus omnibus signis, cadauer portetur ante altare sancte M(arie) et omnis conuentus uersa facie stet ad orientem, finito responsorio dominus abbas dicat hunc uersum: A porta inferi. D. v.*“ — (6) „*Oratio. D. uenie largitor . . .*“ = MRom. (7) „*Postea incipiant R. Heu mihi dne, quia peccavi nimis in uita mea.*“ — (8) „*Quo finito mox incipiantur psalmi, qui dimissi erant, diuidentes in tribus uigiliis.*“ — (9) „*Hora autem sepeliendi duo fratres stantes ante altare dicant: Kirel. x. k. Sacerdos indutus alba, manipulo, stola stet iuxta feretrum et dicat: Oremus. Non intres in iudicium . . .*“ = Franz, RFlor. 92, 38. — (f. 133') (10) „*R. Heu mihi domine. Kyriel. xpel. Kirel.*“ — (11) „*Sequitur oratio: Fac qu. d. hanc cum seruo tuo defuncto misericordiam . . .*“ = Franz, RFlor. 92, 22. — (12) „*R. Peccantem me cotidie et non me penitentem . . . Kyriel. Xpel. Kirel.*“ — (13) „*Inclina dne aurem ad preces nostras . . .*“ = Franz, RFlor. 93, 19. — (14) „*Sequitur R. Memento mei deus, quia uentus uita mea, nec aspiciat me uisus hominis . . .*“ — (15) „*Hic eleuetur corpus et ducatur ad sepulchrum et dicatur: Ant. In paradysum deducant te angeli, in tuo aduentu suscipiant te martires et perducant te in ciuitatem sanctam iherusalem. Ps. In exitu israel.*“ = Franz, RFlor. 92, 19. — (16) „*Sequitur ant. Aperite illi portas iusticie . . . Ps. Confitemini dno quoniam b(onus)*“ = Franz, RFlor. 93, 23. — (17) „*D. qui fundasti terram, formasti celos . . .*“ = Franz, RFlor. 94, 13. — (f. 134) (18) „*Hic prius aspergatur sepulchrum aqua benedicta et incensetur incenso et postea corpus intus et dicatur: ant. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei. Ps. Quemadmodum.*“ = Franz, RFlor. 94, 25. — (19) „*Obsecramus misericordiam tuam o. d. qui hominem ad imaginem . . .*“ = Franz, RFlor. 94, 1. — (20) „*Hic aspergatur corpus aqua benedicta et incensetur incenso et cooperiatur desuper humo et dicatur ant. Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. Memento d.*“ = Franz, RFlor. 95, 16. — (21) „*D. apud quem mortuorum spiritus uiuunt . . .*“ = Franz, RFlor. 94, 27. — (22) „*Hic fiat sermo ad populum.*“ Sermo hungarice et latine invenitur f. 136. — (23) „*Deinde sacerdos tribus uicibus In nomine patris et filii et spiritus sancti proiciat terram et dicat ant. De terra plasmasti me et in carne induisti me . . . Ps. Domine probasti me.*“ — (24) „*Oremus fratres karissimi pro spiritu cari nostri quem dominus de laqueo huius seculi . . .*“ = Franz, RFlor. 95, 18. — (25) „*Sequatur ant. Non intres in iudicium . . . Ps. Dne exaudi orationem meam.*“ — (f. 134') (26) „*D. qui iustis supplicationibus semper presto es . . .*“ = Franz, RFlor. 95, 14. — (27) „*Sequitur ant. Omnis spiritus laudet dominum. Ps. Laudate dnm de celis.*“ — (28) „*Debitum humani corporis sepeliendi officium . . .*“ = Franz, RFlor. 95, 40. — (29) „*Ant. Omne quod dat m(ihi) pater. Ps. Benedictus dns d. i(srael).*“ — (30) „*Quo finito sacerdos pronunciet: Pater noster. V. A porta inferi. D. v. Tibi dne commendamus animam famuli tui . . .*“ = Franz, RFlor. 88, 26. — (31) „*Dominus uobiscum. Requiescant in pace.*“ — (32) „*Deinde pro his qui in cimiterio requiescunt, dicatur: Ant. Lauda anima mea dominum. Pater noster. V. A porta inferi. Erue.*“ — (33) „*D. in cuius miseratione anime fidelium . . .*“ = Franz, RFlor. 96, 29. — (f. 135). (34) „*Anima eius et anime omnium fidelium defunctorum hic uel ubique quiescentium in xpi nomine requiescant in pace. Amen.*“ — (35) „*Dum redeunt ad ecclesiam, cantent R. Si bona suscepimus. Nudus egressus sum. Ps. Miserere mei deus. Requiem eternam d(ona). Dele dne iniquitatem meam. Kirel. Xpel. kirel. Pater noster. Et ne nos. A porta inferi.*“ = Franz, RFlor. 97, 18. — (36) „*Exauditor omnium deus, exaudi nostrorum fletum . . . misericordia consoleris.*“

f. 135: *Sepultura laicorum.* (1) „*Cum exeunt obuiam alicuius defuncti, cum processione, dicant hos psalmos. Scilicet istos: Miserere mei deus. Ps. Deus in nomine. Ps. Miserere mei d. miserere mei. Ps. D. misereatur. Ps. D. in adiutorium. Ps. Ad dominum c(um) t(ribularer).*“ — (2) „*Quibus finitis incipiat sacerdos R. Subuenite sancti dei. Cum uersu. Et aspergatur corpus aqua benedicta et incensetur incenso.*“ — (3) „*Finito uero R. dicatur: Kirel. Xpel. Kirel. Pater noster. V. A porta inferi. D. v. Inclina dne aurem tuam ad preces nostras.*“ — (4) „*Dein portetur corpus ad ecclesiam cantando R. Libera me dne, cum uersu. Et pulsantur omnia signa. Postea dicat sacerdos uersum: V. A porta inferi. D. v.*“ (5) „*O. s. d. cui numquam sine spe. Si femina erit, hec oratio dicatur: O. s. d. pro tua pietate.*“

f. 135: „*In anniuersariis mortuorum dum exeunt cum processione ad sepulchrum alicuius defuncti, (1) pulsantibus omnibus signis, cantent hunc psalmum: Miserere mei deus. (2) R. Libera me dne. Cum uersu. Kirel. x. k. Pater noster. V. A porta inferi. D. v.*“ — (3) „*Oratio: Pio recordacionis affectu . . .*“ = Franz, RFlor. 93, 34. — (4) „*Requiescant in pace. Amen.*“ — (5) „*Deinde pro his, qui in cimiterio requiescunt, dicant psalmum: Lauda anima mea. Pater noster. V. A porta inferi. D. v. Requiescant in pace. Amen.*“

f. 135': Tres orationes pro defunctis: „*Temeritatis quidem est dne, ut homo hominem, mortalis mortalem . . .*“ = Franz, RFlor. 95, 1. — „*Alia oratio: „Suscipe animam famuli tui et reuertente ad te . . .*“ = Franz, RFlor. 90, 25. — „*Suscipe dne seruum tuum in bonum habitaculum . . .*“ = Franz, RFlor. 90, 35.

f. 136: „*Sermo super sepulchrum. Latiatuc feley m zumtuchel . . .*“ **Sermonem celeberrimum, primum monumentum linguae Hungaricae, permulti ediderunt et commentauerunt; v. bibliographiam et textum: Jakubovich E.—Pais D., Ómagyar olvasókönyv, Pécs 1929, 65—72.**

f. 136—136': „*Hic faciat sacerdos sermonem populo. Optime nostis, fratres karissimi, quanta gracia dns deus gratificauerat primum adam fratrem nostrum . . . pro deo hodie remissionem faciatis. Alia. Orate fratres hodie pro eo . . . ad dei gratiam resurgat. Kyriel.*“ Sermo hic est libere translatus in linguam Hungaricam.

f. 137—142': **Sacramentarium supplementare.** — f. 142 rasum erat et loco rasurae adnotatio scripta est; v. inter adnotationes.

f. 143—144': Appendix s. XIII. in Somogyvár per manus varias scripta; v. inter adnotationes p. 34.

2. MISSALIA.

3. MISSALE (FRAGMENTARIUM) SAEC. XI.

(*Mus. Nat. c. l. m. ae. 14.*)

Membranaceum — ff 5 (f. 5—9' codicis c. l. m. ae. 14.) — 32 × 22.5 cm. — scriptura Carolingica — cum notis musicis instructum — litterae initiales simplices.

PROVENIENTIA: Uti patet per se, e paucis fragmentis non potest dignosci.

Fragm. f. 8—8': Pars missae Dom. IV. Adventus.

Fragm. f. 9—9': Pars missae in Nativitate Domini.

Fragm. f. 6—6': „in feria IIII.“ (post Dom. II. post Pentecosten). — „dominica III.“ (post Pentecosten.)

Fragm. f. 5—5': et f. 7—7': Pars sequentionarii huius missalis, cum notis musicis; 8 sequentiae.

4. MISSALE (FRAGMENTARIUM) SAEC. XII.

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 14.)

Membranaceum — ff 2 (f. 3—3' et 10—10' codicis c. l. m. ae. 14.) — 35 × 14.5 cm. — saec. XII. — scriptura Carolingica — cum notis musicis — litterae initiales coloratae.

PROVENIENTIA: Uti per se patet, e paucis fragmentis non potest erui.

Fragm. f. 3—3' et 10—10': Missae votivae.

5. MISSALE (FRAGMENTARIUM) SAEC. XII.

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 14.)

Membranaceum — ff 2 (f. 4—4' et 11—11' codicis c. l. m. ae. 14.) — 32.5 × 19 cm. — saec. XII. — scriptura Carolingica — cum notis musicis — litterae initiales coloratae.

PROVENIENTIA: Uti per se patet, e paucis fragmentis erui non potest.

Fragm. f. 4—4': Missa in die Paschatis, cum notis musicis.

Fragm. f. 11—11': Missa in die Ascensionis Domini, cum notis musicis.

6. MISSALE ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XIII.

(Bibl. O. F. M. Neocastrensis M. 28.)

Membranaceum — ff 265 — saec. XIII. — scriptura Carolingica minuscula, una columna — compactum assibus olim corio tectis, verisimiliter iam secunda vice — notae neumatae — initialia simplicia rubra; aliquot ornamentales; imago Canonis depicta.

POSSESSOR: Libri manuscripti et incunabula Bibliothecae O. F. Minorum Neocastrensis a patrono huius monasterii, a familia Comitum Battyhány originem ducunt.

PROVENIENTIA: Missale nullum signum originis monasticae ostendit, uti festa demonstrant; pro presbyteris saecularibus concinnatum est et quidem pro ecclesia aliqua Hungarica, nam S. Ladislai regis festum 27. Jun., item S. Stephani die 20. Aug. rubro notantur in Kalendario. In Proprio Sanctorum missae propriae Patronorum Hungarorum quidem non inveniuntur, sed tantum manu posteriore in margine suppletæ sunt; tamen cum plures casus habeamus codicum sine dubio pro usu Hungarico scriptorum et festis Hungarorum Sanctorum carentium, item cum ritus benedictionum maiorum omnino ritui Strigoniensi conformis sit, pro certo habere debemus, Missale pro ecclesia aliqua Hungariae exaratum esse. — Coniecturae instar liceat suspicari originem libri dioecesis Quinqueecclesiensis, si festum f. 236' „Mauri episcopi“ (inter 2—9. Oct.) B. Maurum O. S. B. episcopum Quinqueecclesiensem denotet; quod forsitan confirmari lubet adnotatione s. XIV. f. 1. de dedicatione altaris b. Petri apostoli, patroni cathedralis. — Missale prima parte saeculi XIII. conscriptum esse demonstratur eo, quod in Kalendario (tantum menses Mai.—Aug. complectente) desunt festa S. Dominici, canonizati 1234, Antonii Patavini, an. 1232, S. Clarae, can. 1255, sed haec festa a manu aliquantum posteriore suppleta sunt; in Sanctoralibus similiter desunt festa haec et etiã S. Francisci Assis.

ADNOTATIO: f. 1: „*Feria sexta proxima post festum presentationis domini est dedicatio altaris beati Petri apostoli anno eiusdem millesimo CCC LXX VII.*“

BIBLIOGRAPHIA: Fejérpataky László, A németújvári szentferencendi zárda könyvtára, MKSz 1883, p. 107. nr. 1. — VH p. 115. — RInd nr. 187.

Materiam nunc primum publici iuris factam desumpsi e manuscriptis schedis confratris Melchioris Zalán, qui praematura morte in flore iuventutis raptus tempus non habuit publicandi monumentum hoc magni momenti, cum hucusque unicum missale plenum aevi regum e stirpe Arpad descendentium sit.

f. 1—1': **Kalendarium** e quo tantum menses Mai.-Aug. supersunt; cetera e Proprio Sanctorum suppleta sunt, festa ibi tantum occurrentia asterisco notantur.

Febr. (3) * Blasii epi. in margine f. 198' ab alia manu.

Mart. (21) * Benedicti abb.

Apr. (24) * Georgii mr. — In margine f. 201: * S. Adalberti. — (25) * Marci ev.

Mai. (2) Anastasii epi. — (4) Floriani mr. — (5) Ascensio domini. — (f. 206) * De sco Ciriaco. — (8) Victoris mr. — Michaelis aduentus. — (13) Gangolfi. — (14) Bonifacii mr. — (19) Potenciane v. — (22) Elene regine. — (23) Desiderii epi. — (24) Manu posteriore: Dominicus mort. — (26) Augustini epi. — (31) Petronelle v.

Jun. (2) Posteriore manu: Erasmi mr. — (5) Bonifacii archiepi. — (11) Barnabe apli. — (13) Posteriore manu: Anthoni frm minorum. — (15) Viti, Modesti et Crescentie. — (21) Albani mr. — (22) Paulini epi. — (25) Gallicani mr. — (27) Ladizlai regis.

Jul. (1) Oct. Johannis Bapt. — (4) Wdalrici epi. — Transl. S. Martini epi. — (6) Cratis cf. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani et sociorum eius. — (9) Transl. beati Nicholay epi. alia manu. — (11) Translacio S. Benedicti abbatis. — (12) Ermachora et Fortunati. — (13) Margarete v. — (15) Diuisio aplorum. — (17) Alexii cf. — (20) Helie prophete. — (21) Praxedis v. — (f. 219): In margine ab alia manu: * Ste Elene. — (22) Marie Magdalene. (f. 219'): In margine „Culparum indulgentia.“ — (23) Apollinaris virg. — (24) Vigilia S. Jacobi. — (25) Christofori martiris. — (26) Anne matris ste Marie. — (27) Septem dormiencium. — (28) Pantaleymonis mart.

Aug. (3) Inventio Sti Stephani. — (4) Justini presbiteri. — (5) Osvaldi regis. — Posteriore manu: Dominici. — (7) Affre mr. — (9) Romani mr. — (12) Posteriore manu: Clare virginis de ordine fratrum minorum. — (16) Arnolfi cf. — (20) Stephani regis. — (22) Oct. s. Marie. — (23) Vigilia. — (25) Genesii mr. — (30) Paulini presbiteri.

Sept. (22) * Mauri (!) et sociorum.

Okt. (1) * Remigii cf. — (2) * Leodegarii. — (f. 236') * Mauri episcopi. — (9) * Dionisi et sociis. — (10) * Gereonis. — (16) * Galli cf. — (26) * Amandi cf. — (f. 239) * Terentiani. — * Vigil. omnium sanctorum.

Nov. (1) * In die sancto. — (8) * Claudii, Nichostr. Simphoriani. — (f. 241'): in margine: * Katherine.

Dec. (20) * Vigilia.

f. 2—2': Tabella computistica. — Orationes privatae. — Sequentia: „*Verbum bonum et suave . . .*“

f. 3—6': **Præparatio ad missam.** — f. 3—6: Psalmi, Litaniae, apologia. f. 6': Orationes ad indumenta; collatae cum Tab. XIII. — (1) „*Hexuit (!) clamidem. Exue me dne veterem hominem . . .*“ = Tab. nr. 3. — (2) „*Ad humerale.*

Obumbra domine . . . = Tab. nr. 4. — (3) „*Humeros meos et pectus meum . . .*“ = Tab. nr. 5. — (4) „*Ad albam. O. s. d. te suppliciter exoro . . .*“ = Tab. nr. 6. — (5) „*Ad cingulum. Precinge dne lumbos meos . . .*“ = Tab. nr. 7. — (6) „*Ad stolam. Stola iusticie circumda . . .*“ = Tab. nr. 9. — (7) „*Ad manipulum dicit pr(esbyter). Stola innocencie pone . . .*“ = Tab. nr. 8. Etiam hic legitur „*stola*“ loco „*manipulum*“, ut in codice Prayano nr. 12., v. supra p. 41. — (8) „*Ad casulam. Indue me dne ornamento humilitatis . . .*“ = Tab. nr. 10.

f. 6'—13': Ordo missae.

f. 6'—8': Missa catechumenorum. — (1) „*Vias tuas dne et sermones.*“ — (2) „*Hic procedit ante altare. Et introibo ad altare dei, ad deum qui le. Judica me deus . . .*“ — (3) „*Confitemini domino quoniam bo(nus).*“ — (4) „*Confessio. Ego reus et indignus confiteor deo omnipotenti et beatissime virginis (!) marie et omnibus sanctis eius et vobis fratribus meis omnia peccata mea, quia ego peccator peccavi nimis cogitatione, locutione et opere et in cunctis viciis meis malis, mea culpa, mea maxima culpa, ideo rogo beatissimam virginem mariam et omnes sanctos dei et vos fratres, ut oretis pro me dominum ihesum christum, ut ipse misereatur mei.*“ — (5) „*Per virtutem d. n. J. Ch.-i et per intercessionem sanctissime dei genitricis marie et omnium sanctorum suorum misereatur nostri o. d. et dimissis peccatis vestris perducatur vos ihesus Christus ad vitam eternam. Amen.*“ — (6) „*Indulgenciam et remissionem omnium peccatorum tuorum (vestrorum) et spacium vere penitencie fructuosum tribuere dignetur pius pater omnipotens et misericors dominus Amen.*“ — (7) „*D. tu conversus vivificabis nos. Et p(leps). — Ostende nobis d(omine) m(isericordiam). — Et salutare. — Sacerdotes tui induantur iusticiam. Et s(alutare) t(uum). — Dignare domine die ista. Sine peccato. — Miserere nostri dne. Miserere. — Fiat misericordia dni super nos. Quemad(modum). — Exurge dne, adiuva nos. Et redi(me nos). — Dne exaudi orationem m(eam). Et cl. — D. v. Et c. sp. t.*“ — (8) „*Aufer a nobis dne iniquitates, ut ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire.*“ — (9) „*O. s. d. qui me peccatorem sacris altaribus adstare voluisti . . . digne ministrare merear.*“ — (10) „*In oblatione. Accendat dominus in nobis ignem sui amoris . . .*“ — (11) „*In osculando evangelium. Pax Christi, quam nobis per evangelium suum tradidit, conservet et confirmet corda et corpora nostra in vitam eternam. Amen.*“ — (12) „*Hic querit benedictionem. Jube domne benedicere. Dns sit in corde meo (tuo) et in labiis meis (tuis), ut competenter annunciem (-es) evangelium pacis. Amen.*“ — (13) „*Benedicchio incensi. In nomine dni benedicetur incensum istud et acceptabile fiat in odorem suavitatis.*“ — (14) „*Preces. Delictum meum cognitum tibi feci et iust. Dixi confitebor adversum me iniustitiam meam deus et tu remisisti etc. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. In temp. — Dne exaudi. Et cl(amor).*“ — (15) „*Oratio. Assit nobis qu. dne. virtus spiritus sancti . . .*“ — (16) „*Osculando texto digito. Per istos sermones evangelii sui d. n.-i indulgeat dominus nobis omnia peccata nostra. Amen.*“ — (17) „*Credo in unum deum . . .*“ — (18) „*Hic abluit manus. Largire sensibus nostris.*“ — (19) „*In oblatione incensi. Odorem celestis inspirationis accendat et inspirat dns corda nostra ad audienda et implenda evangelii sui precepta. Amen.*“ Ut in cod. Prayano nr. 24., v. supra p. 42.

f. 8—8': Ritus offertorii. (1) „*Ad preparandum calicem. Sanctifica dne hanc oblationem aut hunc calicem, ut nobis unigeniti filii tui d. n. J. Ch. corpus aut sanguis fiat.*“ — (2) „*Hic elevat. Suscipe sancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offero in memoriam incarnationis nativitatibus apparicionis passionis resurrectionis ascensionis et adventus spiritus sancti et in honorem beatissime virginis Marie et omnium sanctorum, qui tibi placuerint ab inicio mundi, et eorum quorum hodie festivitas vel memoria celebratur per universum mundum et quorum hic*

nomina et reliquie continentur, ut illis omnibus proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem et omnibus fidelibus defunctis ad vitam perpetuam, ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in celo, quorum memoriam agimus in terris.“ Fere eadem oratio in cod. Prayano nr. 16. p. 43. — (3) „*Pro mortuis. Suscipe sancta trinitas hanc oblacionem, quam tibi offero pro animabus famulorum famularumque tuarum N. et omnium fidelium defunctorum, ut per hoc salutare sacrificium purgati sanctorum tuorum consorcio mereantur coniungi.*“ — (4) „*Deinde inclinatur ante altare dicens alta. In spiritu humilitatis . . .*“ — (5) „*Hic erigendo tribus vicibus osculando altare dicit: Veni sanctificator . . .*“ — (6) „*Hic cooperiat calicem domini. In nomine patris et filii et spiritus sancti.*“ — (7) „*Hic vertat se ad populum. Orate pro me fratres et sorores, ut sacrificium meum et vestrum sit acceptabile omnipotenti deo.*“

f. 8'—10': Praefationes. „*In nativitate — In epifania — In ieiunio — In passione domini — In pasca — In ascensione domini — In pentecosten De trinitate — De Apostolis — De Apostolo — In dedicacione — Pro mortuis*“ — „*Prefacio communis.*“

f. 10': Imago Canonis.

f. 11—13': Canon. — „*Hic inclinando sacerdos dicit: Te igitur . . . et benedicas. Hic erigens se et sicut signa continentur facit . . . pro antisite nostro N. et rege nostro N.*“ — Consecratio: „*Hic elevat Heucharistiam. Qui pridie antequam pateretur . . . Hoc est enim corpus meum. Hic deponit Heucharistiam et elevat calicem. Simili modo postquam cenatum est . . . Hic tenendo dicit: Accipite et bibite ex eo omnes. Hic deponit calicem. Hic est . . . in meam commemorationem.*“ — Post consecrationem: „*Hic inclinatur ante altare. Supplices . . . tuae. Hic eriget se et osculet altere tribus vicibus, dicendo: ut quot quot . . . per eundem Christum. Illa super se facit.*“ — „*Hic lenta voce dicit: Nobis quoque peccatoribus . . . Hic accipit Heucharistiam et signum facit: Per ipsum . . . Hic alta voce dicitur: Per omnia . . . Deinde dominicam orationem: Pater noster . . . Hic accipit patenam dicens: Libera nos . . . cum beatis apostolis tuis — Hic tangit Heucharistiam cum patena — Petro — postea calicem dicit — Paulo — postea corpus domini — atque Andrea et omnibus sanctis — hic osculatur patenam et accipit oblata — da propicius . . . per eundem — Hic frangit oblatam super calicem — per omnia . . . Hic signat tribus vicibus cum corpore domini — Pax domini sit . . .*“ — Communio: „*Sequitur oratio: Domine Jesus . . . Hic osculatur crucifixum et altare — Per omnia . . . — Hic dat pacem ita dicens: Pax Christi et ecclesie habundet in cordibus vestris. Habete vinculum pacis et caritatis, ut apti sitis sacrosanctis misteris dei. — Domine sancte pater, omnipotens eterne deus da mihi hoc corpus et sanguinem d. n. J. Ch.-i ita sumere, ut merear per hoc remissionem peccatorum meorum accipere, et sancto tuo spiritu repleri, quia tu es deus et preter te non est alius, cuius regnum et gloria permanet in secula seculorum. Amen. — D. J. Ch.-e filius dei vivi . . . Hic elevat corpus domini: Ave sanctissima caro mea in eternum sumpma dulcedo, ipsum panem celestem accipio et nomen domini invocabo. In nomine patris et filii et spiritus sancti. — Sumpto corpore: Corpus d. n. J. Ch. custodiat animam meam in vitam eternam Amen. — Postea calicem accipit: Ave in eternum celestis mihi potus ante omnia et super omnia dulcis. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. In nomine patris et filii et spiritus sancti. — Sumpto sanguine dicit: Sanguis d. n. J. Ch.-i custodiat animam meam et corpus meum in vitam eternam. Amen. Perceptio sanguinis et corporis d. n. J. Ch.-i, quod ego peccator sumpmere presumo, non proveniat michi ad iudicium, nec ad condempnationem, sed proficiat michi ad salutem corporis et ad remedium.*“

anime. Amen. — Ablucionem faciendo dicitur: Quod ore sumsimus . . . — In fine missae: „Cum benedictione data populo inclinatur ante altare et dicat: *Placeat tibi sancta trinitas . . .*“

f. 14—15: **Ordo ad faciendam aquam benedictam.** (1) „*Acciones nostras qu. dne . . .*“ — (2) „*Exorcismus salis. D. in adiutorium meum intende. Domine adiu(vandum). Gloria Patri. Kyriel. Christeleis. K. Pater noster. Et ne nos. Ostende nobis dne misericordiam tuam. Et s(alutare). Dne exaudi orac. Et clamor. D. v. Et c. sp. t.*“ — (3) „*Exorcizo te creatura salis . . .*“ = Franz, Bened. I, 145, 1. — (4) „*Inmensam clemenciam tuam o. e. d. humiliter imploramus . . .*“ = Franz, Bened. I, 145, 2. — (5) „*Exorcismus aque vel salis. Exorcizo te creatura aque . . .*“ = Franz, Bened. I, 146, 3. — (6) „*D. qui ad salutem humani generis . . .*“ = Franz, Bened. I, 146, 4. — (7) „*Hic ponatur sal in aqua. Fiat commixtio et consecratio salis et aque pariter in nomine patris et filii spiritus sancti. Amen.*“ — (8) „*D. invictae virtutis auctor et . . .*“ = Franz, Bened. I, 146, 5. — (9) „*D. v. Et c. sp. t. Benedicamus domino. Deo. Oremus. Benedicchio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti descendat super hanc creaturam salis et aque. Amen.*“ — **Aspersio aquae:** (1) „*Asperges me dne yssopo.*“ — (2) „*Pr. qu. dne per huius aque aspersionem mentis integritatem corporis tutelam salutis securitatem spei corroboracionem fidei fructum caritatis hic et in eterna secula seculorum. Amen.*“ = Franz, Bened. I, 143, 2 aliquantum discrepans. — (3) „*Pr. qu. o. d., ut qui paschalia festa peregrimus, celestibus desideriis accensi, fontem vite sciamus dnm n.*“ — (4) „*D. qui ecclesiam novo semper fetu multiplicas, cc. famulis tuis, ut sacramentum uiuendo teneant, quod fide perceperunt.*“ — (5) „*Antifona ad processionem.*“ (Cum notis neumaticis.) „*Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula dissoluat, peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, nauigantibus portum salutis indulgeat, et pacem tribuat in diebus nostris, insurgentesque repellat inimicos et de manu inferni liberet nos propter nomen tuum. Alleluia.*“ — (6) „*Introibo ad altare dei. Ad deum qui letificat. D. J. Ch.-e qui introitum portarum iherusalem aualuasque sanctificasti . . .*“ = Franz, RFlor. 99—100. — (7) „*Iniquitates nostras aufer a nobis pater omnipotens, ut hoc templum tuo nomini dedicatum, puris mereamur mentibus introire, sancta Maria cum istis omnibusque sanctis intercedente adstet (?) portas nobis dignanter aperire. K. Kriste. Kyrie. Pater noster. Et ne. Exsultabitur. Ostende. Post partum. Ora pro nobis. Exsurge. D. v.*“ — (8) „*Via sanctorum omnium . . .*“ = Franz, RFlor. 100, 14.

f. 16—186: **Proprium de tempore.** — Initio mancum; incipit a missa B. M. V. in adventu; sequentia „*Salve porta perpetua lucis fulgida . . .*“ — f. 17: „*Nicolai confessoris.*“ — f. 19: „*Lucie virg.*“ — f. 20: „*Thome.*“ Etsi haec festa in Sanctoralibus occurrant, hic tamen assumpta sunt; scriptor videtur exemplar vetus prae manibus habuisse, ubi adhuc Sanctorale parti de tempore commixtum erat.

f. 26: Post vigiliam Nativitatis, ante missam „*In galli cantu*“ legitur „*Liber generationis sec. Matheum.*“

f. 50: „*Benedicchio cineris.*“ — f. 50: „*In capite ieiunii.*“ — f. 50—98: Quadragesima usque Dom. Palmarum, cum missis ferialibus.

f. 98—102: „*Dominica in palmis* (1) *post aspersionem sequitur oratio: Visita qu. dne plebem tuam . . .*“ = Tab. XVIII, nr. 2. — (2) „*Hic exeundo ad palmas cantatur: Circumdederunt me.*“ = Tab. nr. 3. — (3) „*D. qui hodierna die ad insinandum . . .*“ = Tab. nr. 5. — (4) „*In diebus illis venerunt filii israel . . .*“ = Tab. nr. 6. — (5) „*Collegerunt . . .*“ (cum neumis) = Tab. nr. 7. — (6) „*Matth. Cum*

appropinquasset iesus ierosolimam . . . = Tab. nr. 8. (7) „*Cum appropinquaret dominus Jerosolimis misit duos discipulos . . .*“ (cum neumis.) — (8) „*Exorcizo te creatura florum et frondium . . .*“ = Tab. nr. 10. — (9) „*Benedic qu. dne hos palmarum et oliuarum ramos . . .*“ = Tab. nr. 11. — (10) „*Ante sex dies . . .*“ (cum neumis) = Tab. nr. 9. — (11) „*D. cuius filius pro salute . . .*“ = Tab. nr. 12. — (12) „*D. qui olive ramum . . .*“ = Tab. nr. 13. — (13) „*O. s. d. qui d. n. J. Ch. um die hodierna super pullum . . .*“ = Tab. nr. 14. — (14) „*Praefatio. V. D. Mundi conditor . . .*“ = Tab. nr. 16. — (15) „*D. qui filium tuum unigenitum pro redemptione mundi . . .*“ = Tab. nr. 15. — (16) „*Cum audisset populus . . .*“ (cum neumis). — (17) „*O. s. d. qui filii tui beata passione . . .*“ = Tab. nr. 18. — (18) „*Gloria laus et honor . . .*“ = Tab. nr. 19.

Post f. 115: folium 1 excisum est.

f. 116: „*Feria V. in cena domini ad missam tangantur campane et sic sileant usque ad sabbatum.*“

f. 117'—124: Feria VI. in parasceve.

f. 124'—130: „*Sabbato sancto in vigilia pasche ordo officii.*“ Collatus cum Tab. XX. — I. Benedictio ignis. (1) „*Primo ignis benedicitur, deinde infantes catechizantur. Et post hec cereus cum benedictione sua consecratur. Deinde lectiones absque titulo leguntur . . . Benedictio novi ignis cum XV. gradibus.*“ (2) „*D. qui per filium tuum angularem . . .*“ = Tab. XX, I, nr. 4. — (3) „*D. d. p. o. exaudi nos lumen indeficiens . . .*“ = Tab. nr. 5. — (4) „*Benedicchio incensi. D. d. n. qui suscepisti munera Abel, Noe, Aaron et Samuel atque omnium sanctorum tuorum, sic et de manu mei indignissimi peccatoris suscipere digneris incensum hoc in conspectu tuo in odorem suavitatis et in remissionem omnium peccatorum meorum ac istorum circumstancium.*“ — (5) „*Benedicchio patris omnipotentis et filii et spiritus sancti descendat super hoc lumen et hoc incensum.*“ — (6) „*Inventor rutili . . .*“ (cum neumis.) — II. Benedictio cerei. „*Tunc accenduntur ad altare duo luminaria et statuatur cereus magnus in media ecclesia. Exultet . . .*“ — III. Benedictio fontis. (1—4.) „*Sine titulo prophetia. In principio . . .*“ = Tab. XX, III, nr. 1. — 4. — Deinde (5) „*Leccio Deuteronomii. Scripsit Moyses . . .*“ — (6) „*Dein catechizet infantes. Postea benedicchio fontis ita incipiens cum his versibus. Rex sanctorum angelorum . . .*“ = Tab. nr. 7. — Post litaniam: (8) „*Deinde presbyter benedicit fontem dicens lenta voce: Domine apud te est fons vite. Et in l(umine tuo). D. v. Et c. sp. t.*“ = Tab. nr. 8. — (9) „*Deinde sequitur benedicchio fontis. Qua peracta baptizat infantes, letania quina vel trina vel septena decantetur et intrent alii chorum. Cum autem pervenerint, Agnus dei dicitur. Incipiat cantor sollempniter Kyrie. Gloria. Tunc tangantur omnes campane solito more propter hoc, quia carmen angelicum est.*“ — Missa sabbati sancti has rubricas habet: „*Perlecto Evangelio dicit sacerdos Dominus vobiscum, quia Credo non dicitur. Et nichil aliud non fecit. Sed offerentur more solito, qui voluerint. Deinde secretum legitur. Suscipe qu. dne, plebis tue et tuorum hostiam renatorum, ut confessione tui nominis et crismate renovati sempiternam beatitudinem consequantur. Pax dni non dicitur. Nec Agnus dei dicitur. Cum autem ceperint communicare, diaconus accipiens calicem et inponat hanc antifonam ad vespas: Alleluia, alleluia. Laudate dnm. Deinde ad magnificat: Vespere autem sabbati. (cum neumis.) Benedicamus dno.*“ (cum neumis.)

f. 130'—131: Benedictio esulentorum in pascha. (1) „*Benedicchio agni. D. uniuerse carnis conditor . . .*“ = Franz, Bened. I, 585, 3. — (2) „*Benedicchio lardi. Benedic dne istam creaturam lardi . . .*“ = Franz, Bened. I, 589, 13. (3) „*Benedicchio casei. Dignare dne o. d. benedicere et sanctificare hanc creaturam casei . . .*“ = Franz, Bened. I, 592. — (4) „*Benedicchio oorum. Subveniat dne qu.*

benedictionis tue gracia huic ovorum . . . = Franz, Bened. I, 592. — (5) „*Benedic cio omnium carniū. O. s. d. ante cuius conspectum . . .*“ = Franz, Bened. I, 585, 4.

f. 131'—132: **Processio paschalis.** (1) „*Vidi aquam (cum neumis). Confite- mini dno. Quia apud te est fons vite et in lu(m)ine. Deus, qui ecclesiam tuam nova semper fetu . . .*“ — (2) „*Cum rex glorie Christus.*“ (cum neumis.) — (3) „*Salve festa dies. — Sedit angelus ad sepulchrum.*“ (cum neumis.) — (4) „*V. Surrexit dominus de sepulchro.*“

f. 132—156: „*Dominica Pasche*“ = **Proprium de tempore** usque „*octavam Pentecostes*“.

f. 156'—160: „*De ss. trinitate*“, deinde missae votivae per heb- domadam: „*De sapientia — de sancto spiritu — de angelis — pro caritate — de sancta cruce — de sancta maria*“.

f. 160—186': „*Dominica I. post Pentecost.*“ = **Dominicae 25 post Pente- costen et feriae 4 temporum.**

f. 187—242': **Proprium Sanctorum** a die 13. Dec. usque 30. Nov.

f. 196'—198': „*In purificatione s^{te} Marie*“, benedictio candelarum collata cum Tab. XVI. (1) „*Postquam impleta sunt. Gaude maria virgo.*“ = Tab. nr. 2. — (2) „*Eru^{di} qu. domine . . .*“ = Tab. nr. 1. — (3) „*Famulorum tuorum delictis ignosce . . .*“ = Tab. nr. 2. — (4) „*O. s. d. qui hodierna die ulnis . . .*“ = Tab. nr. 5. — (5) „*D. d. o. creator celi . . .*“ = Tab. nr. 6. — (6) „*Benedic d. J. Ch. e hanc creaturam cere . . .*“ = Tab. nr. 7. — (7) „*Prefatio. V. D. Quia per serenis- simam et placidissimam stellam . . .*“ = Tab. nr. 9. — (8) „*Ave gracia plena . . .*“ (cum neumis.) — (9) „*Da qu. dne populo tuo inviolabilem . . .*“ — (10) „*Adorna thalamum.*“ (cum neumis.) — (11) „*Illumina qu. dne populum tuum . . .*“ = Tab. nr. 12. — (12) „*Cum inducerent. Benedictus d. d. Israel.*“ = Tab. nr. 16. — (13) „*Perfice in nobis qu. dne gratiam tuam . . .*“ = Tab. nr. 17.

Post f. 199: Desunt 4 folia. — Post f. 209: Deest 1 folium.

f. 223': In die S. Sixti et soc. (6. Aug.) benedictio uvae: „*Benedic domine et hos fructus novus uve . . .*“ ut in cod. Prayano; v. p. 50.

Post f. 240: Deest 1 folium.

f. 243—245: **Commune Sanctorum.** „*De martiribus — unius martiris — Mar- tiris et pontificis — Unius confessoris et pontificis — unius confessoris, qui non fuit episcopus — Plurium confessorum — unius virginis — Virginis que non fuit martir.*“

f. 244': In margine ab alia manu orationes S. Nicolai, Francisci et Dominici.

f. 245': „*De dedicatione.*“

f. 246'—257': **Missae votivae:** „*De omnibus sanctis — ad postulanda suffra- gia — (f. 247) alia missa — Pro omni gradu ecclesie — Pro episcopo — (f. 247') Pro rege — Pro seipso — (f. 248) alia — Pro gradu ecclesiastico — Pro peccatis — (f. 248') alia — Pro pace — (f. 249') Pro inimicis — Pro amicis — (f. 250) Votiva — Pro salute vivorum — (f. 250') Pro iter agentibus — pro pluvia postu- landa — (f. 251) pro serenitate — pro infirmis — pro oculis — (f. 251') Pro con- gregatione — Pro concordia — Pro compunctione cordis vel petitionis l(acrimarum) — (f. 252) Pro temptatione carnis — Pro dereliquentibus seculum — (f. 252') Pro sompnis — Pro cristianis — (f. 253) Pro reliquiis qui continentur — De omni- bus sanctis — De omnibus sanctis in pasca usque ad oct. Pentec. — (f. 254) Vivorum et mortuorum — (f. 255) Pro omnibus fidelibus defunctis — (f. 257) Pro patre et matre — Pro elemosinarum fa(cientibus) — (f. 257') Pro anima sacerdotis — Pro uno defuncto — (f. 258) Pro una femina — in anniversario — Pro fratribus et sororibus — (f. 258') Pro cimiterio.*“

f. 259—265': **Sequentiarium.**

7. MISSALE DIOEC. STRIGONIENSIS, ECCLESIAE S. PAULINI S. XIV.

(*Mus. Nation. c. l. m. ae. 95.*)

Membranaceum — ff 182 — 33.2 × 25.5 cm — scriptura Gothica — saec. XIV. — compactum assibus corio fusco tectis (s. XIV—XV.) — initiales rubrae, 8 ornamentales.

POSSESSOR: f. 2: „Capituli Posoniensis 1633.“

SCRIPTOR: f. 182: „Explicit liber Missalis per manus dni pertholdi Orate pro eo.“

PROVENIENTIA: Pro ecclesia Hungarica, uti Sancti docent; dioec. Strigoniensis, cf. Festum s. Adalberti initiali ornamentali distinctum (f. 118') et ritum; pro ecclesia aliqua s. Paulini: f. 142': „In hac domo tua . . . Paulini, Mari atque Felicis meritis et intercessionibus tuam consequimur gratiam, quorum hic veneramur patrocini“ (coll.) item „Quorum in hac domo tua sacra gaudere habemus patrocinia“ (postc.).

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 807 nr. 8. — Dankó, Új MSion 1871, 89. — Ortway II, 4 p. 378 nota 6. — BCat. 87 s. — RInd. nr. 25.

f. 1—80': „*In aduentu domini. Dominica prima.*“ = **Lectionarium missae.**

f. 38—40': „*Ordo in ramis palmarum, qualiter processio agatur.* — (1) *Inprimis aspergatur aqua benedicta ut mos est in dominicis diebus. Postea dicatur versus.*“ Cf. Tab. XVIII, 1. 2. nr. — (2) „*Et ita exeuntés de choro pergatur ordinatim ad locum destinatum cantantes resp. Concluserunt vias meas. Resp. Dixerunt impii. et sic cantando ueniendum ad certum locum et intrantes contentent istud resp. Circumdederunt me.*“ Cf. Tab. 3. 4. nr. — (3) „*Circumstante omni clero ubi palmarum rami consecrandi sunt, inprimis dicat hanc oracionem.*“ Cf. Tab. 5—9. nr. — (4) „*Illo (sc. evangelio) dicto faciat episcopus sermonem ad populum. Tunc benedicti sunt rami palmarum. Exorcismus frondium.*“ Cf. Tab. 10—18. nr. — (5) „*Populo cleroque de loco descendente inprimis dicatur hec antyphona.*“ Cf. Tab. 19—25. nr.

f. 40': lacuna: desunt ff antiquae numerationis XL—LIX (hebdomada maior).

f. 60': lacuna, desunt ff ant. numerat. LXXX—LXXXIX (dominicae post Pent.).

f. 61—69: lectiones **Proprii sanctorum.**

f. 69—80: lectiones **Communis sanctorum.**

f. 80: lacuna, desunt ff ant. numer. CX—CXV (missae usque sabb. 4 temporum adventus).

f. 81—182: **Sacramentarium cum inserto graduale**, litteris minoribus scripto.

f. 81—108': **Proprium de tempore**; desunt festa nativitatis, circumcisionis, epiphaniae, quae nec in partibus deperditis fuerunt. Item post Caenam Domini (f. 98') immediate sequitur Pascha, nam hebdomada maior in Lectionario contenta erat.

f. 108': lacuna, desunt ff ant. numer. CXLIV—CLIII (dominicae post Pentecosten et initium Proprii sanctorum).

f. 109—160': **Proprium sanctorum** (a die 15. I. usque 21. XII). In Proprio sanctorum continentur missae Nativitatis et festa sequentia, circumcisio et epiphania (f. 158—160').

- f. 160'—162: *Commune sanctorum.*
 f. 162—167': „*Incipiunt missae peculiare.*“
 f. 167'—170: „*Incipiunt missae pro defunctis.*“
 f. 170—170': *Versus alleluatici Communis sanctorum.*
 f. 170'—182: *Sequentiae.*

8. MISSALE HUNGARIAE SUPERIORIS S. XIV.

(*Mus. Nation. c. l. m. ae. 93.*)

Membranaceum — ff 153 — 33.6 × 22.9 cm — saec. XIV. — scriptura semicursiva Gothica — compactum assibus corio fusco opertis (s. XV.), lamellae aereae et umbilicus — notae musicae 4 linearum — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae, 6 ornamentales, canonis imago depicta.

POSSESSOR: In tegumento anteriore manus cursiva s. XV.: „*Die ultimo mensis Septembris comparuit dominus Paulus citatus per dominum commissarium qui iuravit ad sancta dei ewangelia quod liber presens est domini nicolai Bech organisti in Stehm et dominus paulus dixit quod decies celebrasset ex libro presenti in opido uszk presentibus ibidem domino petro pistore de Rud Georgio Opilione rectore scole in Inckeim et Wenczeslao rectore scolarum in Kempnitz.*“ *S t e h m* est forsitan Stempen,¹ „*u s s z k*“ autem Ruzsk, olim inter Mühlentbach et Menartwaldorf (Leszna),² „*R u d*“ autem silva Ruda sita versus aquilonem a Bierbrunn,³ „*K e m p n i c z*“ demum Chemnicia (Selmechánya).

PROVENIENTIA: Saeculo XV. ergo codex in parte superiore Hungariae in usu erat. Indoles Missalis quoque hoc demonstrat: cum Sanctis Hungariae coluntur etiam Sancti Bohemiae, uti videre licet e Sanctoralibus. Ecclesia collegiata fecit sibi scribere hunc librum, cf. f. 49: „*et reposita in loco cum reuerencia a prelato aspergitur et incensatur.*“ Haec determinata aliqua ecclesia est, nam mentio fit de „*capella sancti Wenceslai*“ (f. 44').

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 806 nr. 7. — Ortway II, 4, 379 nota 1. — Hoffmann 62. — BCat 85 s. — RInd nr. 24.

f. 1—94: *Proprium de tempore.* Liber mutilus est, incipit in fine missae Septuagesimae.

f. 2'—3: „*Officium feria quarta in capite ieiunii*“ (tantum missa). Post missam: „*Qua finita et benedictione data idem presbiter incipit ad vesperas Deus in adiutorium meum.*“

f. 33—36': „*Dominica in palmis*“ missa tantum.

f. 43: feria IV. maioris hebdomadae legitur in passione ad verba: et velum templi scissum est rubrica: „*Interea velum pendens ante altare inframittatur.*“

f. 43'—45: „*In cena domini*“. Post missam rubrica de hostiis reponendis: „*Quas inuolutas in corporali et positas super vacuum calicem patena opertum peracto officio defert presbiter in capellam sancti wenceslai precedente ipsum incenso candelis et crucibus et ponit eas in altari nudo et opperit vase figuli.*“ Post cantum communionis (Dominus Jhs) de vesperis haec habentur: „*Qua* (sc. ant. ad communionem) *finita dyaconus accipiens calicem de altari et vertens se ad chorum incipit*

¹ Pesty Frigyes, Magyarország helynevei, Bpest 1888, 331.

² Pesty o. cit. 286. — C. Wagner, Analecta Scepusii sacri et profani I, Vindobon. 1774, 283 nota.

³ Fekete-Nagy Antal, A Szépeesség területi és társadalmi kialakulása, Bpest 1934, 60, 237.

tonaliter ad vespervas antiphonam *Calicem Salutaris* . . . antiphona (sc. ad magnificat) repetita presbiter stans ad altare, qui celebravit missam cum vespervis, claudit cum oratione sequenti: *Refecti vitalibus alimentis*“, i. e. cum Postcommunione.

f. 45—49: „*In parasceve ad officium quod agitur loco misse post nonam.*“
 Variæ rubricæ: (f. 49) „. . . sanctificatur autem vinum non consecratum per corpus dominicum . . . Deinde communicant omnes, qui voluerint . . . deposito ornatu cantent vespervas . . . statim post vespervas eunt in medium ecclesie et accepta cruce deferunt eam in locum sollempnibus auleis ornatum cantantes R. Ecce quomodo moritur, cum versu suo, precedentibus cereis, crucibus, aqua benedicta, et incenso et reposita in loco cum reuerencia, a prelato aspergitur et incensatur et opperitur sacra palla et dicitur versus: *In pace factus est locus eius. Et redeunt cantantes R. Sepulto domino cum versu suo. Lumen ardens reponatur ad sepulchrum domini et leguntur psalteria.*“ Sepulcrum dominicum ergo tantum crucem continebat.

f. 49—51: „*Sabbato in vigilia pasce finita benedictione cerei leguntur lectiones sine titulis.*“ 4 prophetiæ (In principio — Factum est — Scripsit Moyses — Apprehendent).

f. 60: Post missam Corporis Christi: „*Aliud officium de corpore xpi.* (Introitus): „*Panem de celo dedit nobis dominus . . .* (Oratio:) *Da qu. misericors deus D. J. Ch. tuo sacrosancto corpore et sanguine ita nos digne refici et caritate tibi uniri ut hec veneranda sacramenta atque passionis tue memoria salutaris mentibus iugiter perseuerent.* (Graduale:) *Caro mea vere est cibus . . .* (Prosa:) *Ave caro xpi regis veneranda esca gregis . . .*“

f. 70—70': Gloria in excelsis (duæ), Credo.

f. 70'—71: (Post Credo sequitur offertorium) „*Post officium antequam suscipiat calicem, inclinans se dicit: In spiritu humilitatis . . . Benedicens calicem cum oblata dicit: Veni sanctificator . . . Offerendo hostiam: Tibi domino creatori nostro hostiam offerimus pro remissione omnium peccatorum nostrorum et cunctorum fidelium tuorum viuorum ac defunctorum. In nomine patris et filii et spiri us sancti. In pace factus est locus eius. Offerendo calicem: Offerimus calicem . . . Inclinans se ante altare dicit: Suscipe sancte pater hanc oblationem . . . Vertens se ad populum: Orate fratres et sorores pro me peccatore ad dominum deum omnipotentem, vt dignum et acceptabile fiat sacrificium meum in conspectu eius. Hic dicantur tot secreta quot sunt dicte orationes, sed sine Oremus. Ad ablucionem que fit post sanctus: Oblatus est dominus noster J. Ch. quia ipse voluit et peccata nostra ipse portavit, sicut ovis ad occisionem ductus est, quasi agnus coram tondente se obmutuit et non aperuit os suum ipse, te quesumus sancte p. o. s. d. sacrificium nostrum reddat acceptum qui discipulis suis hoc fieri in sui commemorationem sempiternam sanctissima traditione monstravit J. Ch. d. n. Qui cum.*“

f. 71—72: Praefationes; duæ cum notis musicis.

f. 72': Imago Crucifixi depicta.

f. 73—75': Canon. — Formula administrationis communionis: „*Communicans se vel alios dicat: Perceptio corporis d. n. J. Ch. prosit anime mee et corpori in vitam eternam. Amen. Pax Christi. Et cum spiritu tuo. Sangwis d. n. J. Ch. prosit tibi in remissionem omnium peccatorum tuorum in vitam eternam. Amen.*“

f. 92'—94: Dedicatio ecclesiae.

f. 94—148: „*Incipit de sanctis.*“ — f. 107': Octava Sigismundi. — f. 110': „*De sancta Brigitta.*“ (Inter 25. V. et 2. VI.) f. 112': Sequentia s. Viti (Vito plaudat omnis etas). — f. 115': in margine orationes s. Ladislai Regis. — f. 117'—118': Visitatio B. M. V. cum octava et tribus sequentiis. — f. 119: Procopius cum sequen-

tia (Plaudant chori monachorum). — f. 121': Oct S. Margarethae. — f. 122: in margine festi S. Alexii: „*Eodem die sanctorum Benedicti et Andree (Zoerardi)*“. — f. 129': „*Stephani regis Ungarie*“, in margine adhuc aliae orationes adnotantur. — f. 135': „*In passione s. Ludmille*“ cum sequentia (Pleno cantu). — f. 137: S. Gerardi orationes in margine adnotantur. — Ibidem, post Cosmam et Damianum (27. IX.): „*alia (sc. oratio) de allacione sci zygismundi.*“ — f. 138: Oct. Wenceslai. — f. 142: S. Demetri orationes in margine tantum. — f. 143': Translatio s. Ludmilla. — f. 145': *Quinque fratrum* (de Meseritz).

f. 148—153: „*Incipiunt communes epistolae et ewangelia de Sanctis.*“ Commune sanctorum, sine orationibus. Liber mancus clauditur.

9. MISSALE CAPITULI SCEPUSIENSIS SAEC. XIV.

(*Mus. Nationale c. 1. m. ae. 92.*)

Membranaceum — ff. 228 — 32 × 21 cm. — scriptura Gothica, binis columnis — s. XIV. — compactum charta grossa (s. XIX.) — notae musicae 4 linearum — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae.

POSSESSOR: Nic. de Jankovich (1773—1846) celebris bibliophilus Hungaricus, cuius codices, libros, manuscripta a heredibus eius Musaeum Nationale comparavit.

PROVENIENTIA: Imprimis certum est, Missale hoc pro aliqua ecclesia collegiali scriptum esse. Hoc rubricae ad satietatem demonstrant e. gr. f. 101: „*Interim omnes canonici de suis stallis in medium chori discalciati descendunt . . . canonici duo ad hoc deputati stantes inter ceteros.*“ Officians vocatur „*praepositus*“, e. gr. f. 101: „*. . . prepositus cum suis ministris intrat sacristiam*“; cf. adhuc f. 100, 101, 111, 112. Festa sanctorum Hungaricorum adsunt in Kalendario et Proprio sanctorum: 27. Jun. Ladizlai regis — 17. Jul. Zoradi (f. 185: Zoragdi) Benedicti — 20. Aug. Stephani regis Hungarie — 2. Sept. Emrici ducis — 5. Nov. Heinrici ducis (f. 201' Emirici). In litaniis sabbati sancti leguntur nomina: „*. . . Adalberte . . . Vite, . . . Christofore . . . Rex Stephane, Sancte rex Ladislave, Sancte dux Heinric*“ (f. 108'). E quibus S. Vitus procul dubio influxum Bohemicum demonstrat; qui influxus uberius adhuc in Kalendario et Sanctorali cerni potest: — 4. Mart. translacio s. Wenceslai — 9. Mart. Cirilli et Metudij — 15. Jun. Viti, Modesti et Crescentie (rubro) — 4. Jul. Procopi — 28. Sept. S. Wenceslai cum octava — 10. Nov. Ludmille translacio — 12. Nov. Quinque fratrum. Accedit, quod ad populum sermo debet fieri „*omnino ydomate morauicali*“ (f. 96). Etiam linguae Germanicae influxum suspicor in vocabulo „*clapernacione*“ (f. 96': „*precedentibus cereis et clapernacione . . .*“) Quae, ni fallor, Hungariam Superiorem commendare videntur, ut locum originis huius codicis, ubi Slavi et Saxones simul habitabant cum Hungaris; verisimiliter Capitulum collegiale Scepusiense haberi potest patronus codicis.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 890 nr. 26. — Idem, Kortan p. 121. nr. 31 — Hoffmann p. 83. — BCat 84—85. — RInd nr. 23.

f. 1+4'+227—228: Ordo ad faciendam aquam benedictam.

f. 1'—4: **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. S. Stephani. — (3) Oct. S. Johannis. — (4) Oct. S. Innocentium. — (7) Isidori mr. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Felicitatis v. — (12) Johannis pp. — (15) Mauri cf. — (17) Antonii. — (24) Thimothei apli. — (27) Johannis crisostomi. — (29) Valerii epi. et cf. — (31) Aldegundis v.

Febr. (1) Brigide v. — (3) Blasij epi. — (6) Dorothee v. et mr. — Vedasti. — (7) Dyonisij mr. — (8) Appollonie v. — (10) Scolastice v. — (15) Faustini mr. et Leuite (!) — (20) LXVIII mr. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli.

Mart. (1) Donati mr. — (2) Simplicii. — (3) Maurini (!) militis. — (4) Translacio s. Wenceslai. — (6) Victoris et Victoriani mr. — (9) Passio XL militum. — Cirilli et Metudij. — (13) Macedonii cf. — (15) Lucii cf. et epi. — (18) Alexandri epi. — (19) Joseph nutricii. — (20) Gumberti epi. — (21) Benedicti cf. — (22) Pauli epi. et cf. — (23) Albini mr. — (27) Resurreccio domini. — (30) Quirini mr. — (31) Reguli epi.

Apr. (1) Theodore v. et mr. — (2) Nycheti (!) epi. et mr. — (3) Theodosie v. — (4) Ambrosii epi. et doctoris. — (5) Marciani cum sociis. — (6) Sixti pp. — (10) Anthonii mr. — (11) Philippi epi. — (15) Maronis mr. — (16) Caristi et Carisii mr. — (19) Vincentii mr. — (20) Genesii mr. — (21) Simeonis epi. et cf. — (23) Adalberti epi. et cf. (!) — (24) Commemoracio s. Georgii. — (25) Marci ew. Letania maior. — (26) Marcelli pp. — (27) Anastasii pp. et mr. — (29) Petri noui mr. — (30) Quintini epi.

Mai. (1) Sigismundi regis. — Walpurga (f. 172) — (4) Floriani et Gothardi. — (5) Quinacii mr. (f. 173) — (7) Juvenalis mr. — (8) Victoris mr. (f. 173') — (13) Seruacii mr. — (14) Bonifacii mr. (f. 174) — (15) Victorii mr. — (17) Victoris mr. — (18) Ascensio domini. — (19) Potenciane v. — (21) Helene regine. — (22) Faustini cf. — (23) Desiderii epi. — (26) Augustini cf. — (28) Germani epi. — (30) Felicis pp. et mr. — (31) Petronelle.

Jun. (3) Pergentini et Laurentini. — (4) Petri et Pauli mr. — (5) Bonifacii et soc. eius. — (7) Celestini. — (8) Medardi epi. et cf. — (11) Barnabe apli. — (13) Felicule v. — (13) Anthonii cf. (f. 175') — (14) Valerii et Rufi. — (15) Viti, Modesti et Crescencie mr. — (16) Aurei et Justini. — (20) Nouati cf. — (21) Albani mr. — (22) Paulini epi. — Decem mill mr. (f. 176') — (25) Galligani (!) mr. — (27) Crescentii. — Ladislai regis.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt. — Vigilia visitacionis marie (f. 181) — (2) Visitacio sce marie. — (3) Transl. s. Thome apli. — (4) Procopi. — Udalrici cf. — (5) Dominici mr. — (7) Willibaldi cf. — (8) Juliani mr. — Kyliani et soc. eius (f. 183') — (11) Transl. s. Benedicti. — (12) Fortunati epi. — (13) Margarete v. — (14) Foce epi. et mr. — (15) Diuisio aplorum. — (16) Hilarii mr. — (17) Zoradi (f. 185: Zoragdi) Benedicti. — Alexii cf. — (18) Arnulfi cf. — (19) Arseni cf. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris. — (24) Vigilia. Cristine v. — (25) Christofori mr. (f. 186) — (26) Anne matris Marie. — (27) Septem dormiencium. — Marthe hospite xpi (f. 186') — (28) Pantaleonis. — (31) Fabii mr.

Aug. (2) Stephani epi. et mr. — (3) Inuencio s. Stephani. — (4) Justini presb. — (5) Osvaldi. — Dominici cf. — (7) Affre v. — (9) Romani mr. — (12) Clare v. — (20) Stephani regis Hungarie. — (23) Vigilia.

Sept. (1) Egidij abb. — (2) Justini epi. et cf. — Anthonii. — Emrici ducis. — (4) Marcelli mr. — (6) Magni cf. — (9) Gunegundis. — (12) Syri cf. — (14) Materni epi. (f. 195') — (17) Lamperti epi. et mr. — (18) Florencii epi. — (19) Ianuarii epi. — (22) Mauricii cf. — (23) Lini pp. et mr. — (24) Concepcio Johannis Baptiste. — (26) Cipriani et Iulitte v. — (28) Wencezlai mr.

Oct. (1) Remigii, Germani, Vadasti (!) epp. — (2) Leodegardi (!) epi. et mr. — (3) Dionysii et sociorum eius. — (4) Gereonis et sociorum eius. — Octava Wenceslai. — (8) Demetrii mr. — (9) Dionisi, Rustici, Eleuteri mr. — (10) Gereonis et Victoris. — (12) Inuencio s. Adalberti. — (13) Colomanni regis (!) et mr. — (14) Hedwidis (!) — (16) Galli cf. — (20) Caprasii mr. — Crescenciani et Donati. — (21) Undecim milium uirginum. — (22) Seueri epi. — Cordule v. —

(23) Seuerini epi. — (24) Columbani cf. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Amandi cf. — (27) Saturnini mr. — (29) Narcissi epi. — (30) CCXX mrum. — (31) Quintini mr. — Vigilia.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum. — (2) Commemoracio animarum. — (3) Pirminii abbatis. — (4) Amancii epi. et cf. — (5) Heinrichi ducis (f. 201': Emirici). — Zacharie prophete. — (7) Willibrordi epi. — (8) Eustachii et soc. eius. — (10) Ludmille translacio. — (12) Quinque fratrum. — (13) Briccii epi et cf. — (14) Clementini mr. — (16) Othmari abb. — (18) Oct. S. Martini. — (19) Elizabeth regine. — (20) Potenciani epi. — (25) Katherine v. et mr. — (27) Agricole et Vitalis mr. — (28) Rufi mr.

Dec. (1) Candide v. — (2) Juliani presb. — (4) Barbare v. — (6) Nicolay epi. et cf. — (8) Conceptio B. Marie v. — (10) Eulalie v. — (12) Nicasii mr. et soc. — (15) Valentini (!) epi et cf. — (16) Ananie, Azarie, Misael. — (17) Ignacii epi et mr. — (18) Rufi et Zosimi mr. discipuli domini. — (19) Nemessi (!) mr. — (20) Vigilia. — (23) Victorie et Eugenie v. — (29) Thome epi. et mr.

f. 5—5': „*Incipitur accessus altaris. Deus in adiutorium meum intende. ymnus: Veni creator spiritus.*“ — Psalmi cf. Tab. XII. nr. 1. — „*Capitulum. Karitas diffusa est . . . Emitte spiritum tuum et . . .*“ Versiculi, cf. Tab. nr. 7—9. — „*Item alia or. Conscienciam in mirabilem . . . queso sint consecranda.*“ — „*Quando exit de sacrista*“ (!) cf. Tab. XIII. nr. 3. — „*Incipitur indumentum leuat* (!) manus“ cf. Tab. nr. 1., 2., 4., 6., 7. (cum titulo: „*Ad zonam*“) 8., 9., 10.

f. 5'—6': „*Oracio ante altare. Conscienciam in . . . queso sint consecranda. Psalmus ante altare: Judica . . . Oracio. Auffer a nobis domine . . . Oracio. Adoro te domine J. Ch. per merita . . . tribuas omnium delictorum.*“

f. 6—6': **Offertorium.** „*Procuracio calicis. Domine deus qui humane substance . . . Fiat hec commixtio et consecracione vini et aque pariter in nomine d. n. J. Ch. de cuius latere exiuit sanguis et aqua in remissionem omnium peccatorum. Inclinet: In spiritu humilitatis . . . Benedicat: Sanctifica qu. d. hanc oblacionem, ut nobis vnigeniti tui corpus fiat et sanguis. Eleuet calicem: Offero tibi domine, hanc hostiam salutarem et calicem et deprecor immensam clemenciam tuam, ut in conspectu diuine maiestatis tue cum odore suauitatis ascendat. Acceptabile tibi sit o. D. hoc sacrificium de manibus nostris super altare tuum positum. Eleuans manus d(icat) Veni invisibilis sanctificator D. o. et benedic hoc sacrificium tuo nomini preparatum. Inclinans se d(icat) Suspice sancta trinitas hanc oblacionem . . . Vertens se ad populum: Orate pro me peccatore fratres et sorores . . .*“

f. 7—11': Praefationes cum notis musicis.

f. 11': Imago Crucifixi depicta.

f. 12—15: **Canon;** „*pro antistite nostro . . .*“ f. 15. oratio ad communionem: „*Aue in eternum sanctissima caro domini mei ihu xpi, mihi sis summa dulcedo et sacietas sempiterna. Ecce Ihu benignissime quod desideravi iam video. Ecce Ihu xpe clementissime quod concupiui iam teneo, hic tibi iungar queso et in celis.*“ Oratio ad sumptionem sanguinis deest.

f. 15'—157': „*Incipitur missale secundum.*“ (nil aliud!) = **Proprium de tempore.**

f. 23'—25': „*Missa in galli cantu post Te Deum.*“ — „*Post communionem laudes dicat qui peregit officium, quia ante missam tantum matutine usque ad laudes dicantur.*“ — Sequuntur ant.-ae laudum dein „*Complenda*“ (postcommunio), dein: „*Ite missa est non dicitur, sed loco eius Benedicamus domino dicitur.*“

f. 31': Epiphania: „*Hac die finita missa, aqua benedicatur.*“

f. 35: post missam epiphaniae rubrica legitur: „*Item nota quando feriali die officium dominicale peragitur, ferialiter totum peragatur. Oratio dominicalis II. de domina, tamen nisi festum occurrat, aut aliqua alia necessitas exigat Alleluja canitur, evangelium, prephacio, sanctus, pater noster, hec omnia ferialiter canuntur. Credo, Ite missa est non dicuntur, sed benedicamus Domino.*“

f. 41': „*Benedicchio cinerum*“, tantum 2 orationes: 1. „*O. s. D. parce metuentibus . . .*“ — 2. „*O. s. D. qui niniuitis . . .*“

f. 82: *Benedictio palmarum non legitur.*

f. 96: „*Cena domini: Finita communione fiat exhortacio ad populum per unum presbiterum et generalis confessio et prohibicio omnino fiat in ydomatè morauicali . . . Tunc communicant omnes, qui fuerant parati. Officians autem accepto calice incipiat antiphonam ad vespas . . . statim sine capitulo et responsorio et ymno et uersu prelatus uel officians incipiat ad magnificat antiphonam, que repetitur . . . Qua repetita officians stans ad altare dicat Dominus vobiscum et recitet complendam.*“

f. 96': Post missam Caenae Domini denudantur altaria: „*Benedicchio datur populo, finito officio, hostie consecrate reuerenter reportantur ad sacrarium et ponantur ad unam paruam ladulam precedentibus cereis et clapernacione (!) et incenso thure et aqua benedicta aspergatur in sacrario et lumen ardens ponatur ante sacramentum. Quo finito per omnia officians exuta uel deposito ornato uel casula accipiat vinum et aspersorium et circumiens deponat tegumina altarium et cantet submissa voce R. Circumdedertunt me et fundet vinum super altare ad cornua altaris in modum crucis. Deinde ad alia altaria R. de sanctis cantet, quorum tybuli in altaribus continentur. Sicque nuda permaneant usque ad sextam horam sabbati.*“

f. 103: In parasceve locatio sepulchri eodem modo, ac in Missalibus Poseniensibus, cf. p. 122. In fine: „*luminare ardens apponitur ad sepulchrum. Tunc statim psalteria ibidem legantur usque ad diem resurreccionis xpi.*“

f. 103—113: *Sabbatum sanctum*; Exultet cum notis musicis (f. 103'—106): in litaniiis: „*Sancte Adalberte . . . Vite . . . Christophore . . . Sancte Rex Stephane, Sancte Rex Ladislave, Sancte Dux Heinrici . . .*“ (f. 108'): Dein „*benedicchio paschalis ouorum, casei, agnetorum (!), super ova benedicchio, super lac et mel et alias, benedicchio vini.*“ — (f. 109—110): Post haec sequuntur prophetiae. — f. 112': „*Benedicchio fontis, ut in agenda continentur,*“ nil aliud.

f. 113'—156': *Proprium de tempore.*

f. 113'—114': Pascha; partes chorales missae (introitus etc.) cum notis musicis 5 linearum.

f. 156'—157': „*In dedicacione ecclesie.*“

f. 157'—203: „*Incipit de sanctis. Officium in vig. An(dreae).*“

f. 163—164': „*In vigila purificacionis*“, ritus benedictionis candelarum. toto caelo discrepans a Tab. XXVI.

f. 203—214: „*Incipitur commune sanctorum.*“

f. 214—218': *Missae votivae: „de sancta cruce — de domina — de spiritu — pro peccatis — pro apostolico — pro pace — generalis — pro ecclesia — pro defunctis.*“

f. 219—226': *Sequentiae.*

f. 227—228: vide f. 1.

f. 228: „*Pro rege*“ (manu cursiva) orationes tres.

f. 228': adnotationes lingua latina et germanica scripta.

10. MISSALE ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XIV.

(Mus. Nationale c. l. m. ae. 395.)

Membranaceum — ff 200 — 24 × 16.5 cm — saec. XIV. — scriptura Gothica, binis columnis — compactum assibus corio fusco tectis (s. XV—XVI) — notae musicae 4 linearum — litterae initiales rubrae et caeruleae; 1 ornamentalis; 9 figurales; imago Canonis depicta.

POSSESSOR: f. 1': „*Conuentus Cassoviensis ordinis fratrum Praedicatorum A-o 1788.*“ Bibliothecae olim celebris libri hoc anno in Catalogum redacti sunt; uti testantur adhuc codices e hac bibliotheca in Bibliothecam Episcopalem Cassoviensem deveniti, e. gr. cod. 10. „*Sermones pro dominicis et festis*“, vel cod. 12: „*De modo confitendi Thome Aquinatis.*“ Codex noster post tristem direptionem¹ bibliothecae O. Praed. Cassoviensis in Germaniam venit: bibliopola G. Hiersemann erat possessor, a quo anno 1926 Musaeum Nationale librum emit.

PROVENIENTIA: Codicem sine dubio in usum ecclesiae Hungaricae scriptum esse, demonstratur festis sanctorum patronorum Hungariae: 23. Apr. Adalberti epi. et mr. — 30. Mai. Reuelacio dextere s. Stephani regis et cf. — 27. Jun. Translacio s. Ladizlai regis et cf. — 17. Jul. Andree Benedicti — 29. Jul. Deposicio s. Ladizlai (in Kalendario quidem alia manu appositum, sed missa f. 144 legitur) — 15. Aug. S. Marie v. et deposicio s. Stephani regis — 20. Aug. Stephani regis cf. — 2. Sept. Transl. Emerici ducis — 24. Sept. Gerardi epi. cf. — 5. Nov. Emerici ducis et cf. — Tamen putarem non pro dioecesi Strigoniensi concinnatum esse librum nostrum, a cuius Kalendario quam maxime discrepat. Etsi festa S. Francisci, Clarae et Antonii rubro connotata inveniuntur, tamen non dicerem Missale in usum fratrum Minorum conscriptum esse, nam cetera festa specialia O. F. M. omnino desunt.² Influxus Galliae in Sanctoralis primo aspectu proditur. — In codice originali sequentiae desunt; manus quaedam saeculi XV. supplevit aliquas sequentias (f. 189—200.) Inter sequentias eadem missa Visitationis B. M. V. occurrit, ac f. 188' ab alia manu saeculi XV. exarata. Unde iure concluditur, codicem originalem (f. 3—187') ante annum 1389 scriptum fuisse, quando summus pontifex Bonifatius IX. festum hoc celebrandum indixit, ad cuius „oboedientiam“ Hungaria pertinebat.

BIBLIOGRAPHIA: Hoffmann p. 70—71. — BCat p. 359. — RInd nr. 30*

f. 1'—2': (alia manu saeculi XV.): „*Missa de septem gaudijs bte virginis.*“ — (Item alia manu s. XV.): „*Missa sophie vidue.* — *Missa contra gentes. Sequentia de s. lancea.*“

f. 3—8': **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. s. Stephani. — (3) Oct. s. Johannis. — (4) Oct. s. Innocentium. — (7) Luciani presb. — (8) Maximini, Seuerini et Herhardi eppor. — (9) Juliani mr. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Saluii mr. — (12) Archadii mr. — (13) Hilarii epi. (f. 122') — (15) Mauri abb. — (17) Antonii abbatis. — Sulpicii cf. (f. 123) — (24) Thimothei pontificis et cf. — (26) Policarpi presb. — (27) Johannis crisostomi epi. — Juliani cf. (f. 125) — (29) Valerii epi. et cf. — (30) Aldegundis v. — (31) Vigili pp.

Febr. (1) Brigide v. — (3) Blasii epi. et mr. — (4) Victoris mr. — (6) Dorothee v. et mr. — (7) Apollinaris cf. — (8) Pauli epi. — (9) Apollonie v. — (10) Scholastice v. — (11) Desiderii epi. — (12) Eulalie v. — (13) Adalberti mr. — (15) Faustini et Faustiani. — (17) Polichronii epi. — (18) Symeonis epi. — (19) Gabini et Publii mr. — (20) Gagii et Eucherii epp. — (21) Septuaginta mr. — (23) Vigi-

¹ Saec. XVIII. facta: cf. Récei Viktor, A kassai püspökségi könyvtár kódexei-nek és incunabulumainak jegyzéke, Budapest 1891, 11—12.

² Leroquais Brév. I, CVII—CIX p.

lia. — (24) Mathye apli. — Gerardī epi. et mr. — (25) Victorini mr. et soc. — (26) Nestoris epi. — (27) Leandri et Fortunati epp. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Leonis pp. — Albini dyaconi. — (2) Simplicii pp. — (3) Emitherii et Celidonii mr. — (5) Lucii pp. — (6) Quirici et Foce mr. — Victoris et Victoriani mr. — (8) Philemonis epi. et mr. — (9) XL militum mr. — (10) Alexandri et Gagii mr. — (11) Gorgonii mr. — (13) Macedonii pp. (!) — (14) Petri mr. — (15) Longini mr. — (16) Ciriaci et soc. — (17) Getrudis (!) v. (sic. etiam f. 129^v) — (18) Alexandri epi. et mr. — (19) Joseph nutritoris domini. — (20) Guthberti epi. et cf. — (21) Benedicti abbatis. — (22) Affrodii et Pauli epp. — (23) Fidis mr. — (24) Pigmenii pr. — (26) Eustachii abb. — (27) Resurreccio domini. — (28) Castuli mr. — (29) Reguli epi. — (30) Eulalie v. — (31) Balbine v.

Apr. (1) Theodore v. — (2) Marie egipciace. — (3) Burgunde v. — (4) Ambrosii epi. et cf. — (5) Hyrenes v. — (6) Celestini pp. — (7) Egesippi pp. et cf. — (8) Galixti pp. et mr. — (9) Septem virg. — (10) Prochorii mr. — (11) Ezechielis prophete. — (12) Julii epi. — (15) Helene v. — (16) Olimpiadis et Maximi mr. — (17) Petri dyaconi. — (18) Eleuterii epi. — (19) Tymonis dyaconi. — (20) Victoris pp. et mr. — (21) Symeonis epi. — (22) Elygii epi. et mr. — (23) Adalberti epi. et mr. — (24) Georgii mr. — (25) Marci ew. — (26) Cleti (!) pp. et mr. — (27) Anastasii pp. et mr. — (29) Petri mr. — (30) Aniceti pp. et mr. (alia manu): Walpurgē v. Quirini mr.

Mai. (2) Translacio s. Elyzabeth. — (alia manu): Sigismundi regis et mr. — (4) Floriani mr. — (5) Gothardi epi. — (7) Domiciani epi. — (8) Apparicio s. Mychaelis. Stanizlai epi. et mr. — Victoris mr. (f. 133) — (9) Translacio s. Nicolai. — (13) Gengulfi mr. — Seruacii epi. — (14) Victoris et Corone mr. — Bonifacii mr. — (15) Isodori mr. (alia manu): Sophie cum filiabus suis mr. — (17) Torpetis mr. — (18) Marcii pp. — (19) Potenciane v. — (20) Basille v. — (21) Jocundani mr. — (22) Helene regine. — (23) Desiderii epi. — (24) Donaciani et Rogaciani mr. — Translacio Dominici cf. — (25) Translacio s. Francisci. — (27) Eutropii epi. — (28) Germani epi. — (29) Maximi et al. — (30) Reuelacio dextere S. Stephani regis et cf. — (31) Petronelle v.

Jun. (2) Erasmi mr. — (3) Quirini et Cypriani mr. — Pergentini et Laurentini (f. 135) — (5) Bonifacii et soc. eius. — (6) Philippi dyaconi. — Claudii epi. — (7) Pauli epi. — Luciani mr. — (8) Medardi et Gyldardi epi. — (10) Maurini cf. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonii cf. — (14) Valerii et Rufi mr. — (15) Viti, Modesti mr. et Crescencie v. — (16) Ciriaci et Julitte mr. — (alia manu): Aurelii epi. cartagine. — (17) Anici mr. — (20) Siluerij pp. et mr. — (21) Albani mr. — (22) Decem millium mr. — (23) Johannis presb. — (25) Gallicani mr. — (alia manu): Eligij. — (27) Transl. s. Ladizlai regis et cf.

Jul. (1) Oct. s. Johannis Bapt. — (2) (Alia manu): Visitacio s. Marie. — (3) Bonifacii epi. — Transl. s. Thome apli. — (4) Udalrici epi. — Translacio s. martini epi. (alia manu): Procopii abb. — (5) Dormicii (!) mr. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani et soc. eius. — (9) Zenonis mr. — (11) Transl. s. Benedicti. — (12) Anacleti pp. — (13) Margarethe v. et mr. — (14) Focaci epi. — (15) Diuisio aplo- rum. — (16) Hilarini et soc. eius. — (17) Alexii cf. — Andree Benedicti mr. — (19) Arsemii (!) abb. — (20) Helye prophete. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magd- alene. — (23) Apollinaris. — (24) Cristine v. — Vigilia. — (25) Christofori mr. — (26) Anne matris marie. — (27) Septem dormiencium. — (28) Pantaleonis. — (29) (Alia manu): Deposicio s. Ladizlai. Marte v. (sed f. 144): Deposicio Ladi. — (31) Germani epi.

Aug. (3) Inuencio corporis s. Stephani prothomr. — (4) Justini presb. — (5) Osvaldi regis et cf. — Dominici cf. — Marie de niue. — (6) Transfiguracio domini. — (7) Affre. v. — (9) Romani mr. — (12) Clare v. — (15) S. Marie v. et deposicio s. Stephani regis. — (16) Arnulfi epi. — (20) Stephani regis et cf. — Bernhardi abb. — (21) Primati (!) epi. et mr. — (22) Oct. S. Marie. — (23) Vigilia. — (25) Genesisii mr. — (26) Irenei (!) et Habundi mr. — (30) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidii abb. — (2) Translacio Emerici ducis. — (3) Ordinacio s. Gregorii pp. — Anthonini mr. — (4) Marcelli mr. — (5) Victorini mr. — (6) Magni cf. — Eleutherii epi. et mr. — (10) Hilarii pp. — (12) Serapionis mr. — (13) Marcialis et Philippi epp. — (15) Oct. s. Marie. — (17) Lamperti epi. et mr. — (18) Januarii et soc. mr. — (19) Elegii epi. et cf. — (20) Fauste v. — (22) Mauricii et soc. — Emmerami sac. et mr. — (23) Teclé v. — (24) Gerardi epi. et mr. — Ruperti cf. — (25) Firmini mr. — (26) Justine v. — (28) Wenceslai mr.

Oct. (1) Remigii et Germani et Vedasti ep. — (2) Leodegarii epi. et mr. — (3) Duorum ewaldorum mr. — (4) Francisci cf. — (5) Romani epi. — (6) Abraham, Isaac et Jacob. — (8) Benedicte v. — (9) Dionisi et soc. — (10) Gereonis et soc. — (11) Translacio s. Augustini. — (12) IIII millia mr. — (13) Colomanni mr. — (15) Quinquaginta mr. — (16) Galli abb. et cf. — Sigismundi regis. — (17) Marthe sororis Lazari. — (19) Columbani presb. — Januarii et soc. eius (f. 155) — (20) Caprasii mr. — (21) XI mill. v. — (22) Seueri epi. et mr. — (23) Seuerini epi. et cf. — (24) Maglori epi. et cf. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Demetrii mr. — Amandi cf. (f. 156) — (29) Narcissi epi. — (30) Serapionis et Saturnini epp. — (31) Quintini ep. — Vigilia.

Nov. (1) Fest. omnium sanctorum. — (2) Eustachii et soc. — (3) Huberti epi. et cf. — (4) Vitalis et Agricole. (cf. !) — (5) Emerici ducis et cf. — Eusebii cf. — (6) Leonardi cf. — (7) Willibrordi epi. et cf. — (10) Martini pp. et cf. — (12) Guniberti epi. — (13) Briccii epi. et cf. — (14) Clementini mr. — (15) Marini cf. — (16) Othmari abb. et cf. — (17) Aniani epi. — Teclé v. — (18) Oct. s. martini. — (19) Elyzabeth uidue. — (20) Ponciani pp. et mr. (21) Presentacio s. Marie. — (25) Katherine v. et mr. — (26) Lini pp. et mr. — (27) Columbani abb. — (28) Rufi mr.

Dec. (1) Eligii epi. — (2) Faustini mr. — (3) Lucii epi. — (4) Barbare v. — (5) Nicetii epi. — (6) Nicolai epi. et cf. — (7) Ambrosii epi. et cf. — (8) Conceptio s. Marie v. — (9) Leuchadie v. — (10) Eulalie v. — (12) Pauli epi. et cf. — (13) alia manu): Otilie v. — (14) Nicasii epi. — (15) Valeriani mr. — (16) Ananie, Azarie, Misael. — (17) Ignacii mr. — (18) Cassiani mr. — (19) Nemesii mr. — (20) Vigilia. — (22) Theodosie v. — (23) Victorie v. — (29) Thome epi. et mr. — (30) Sabini epi. et mr.

f. 9—80: *Proprium de tempore.* (Dom. I. adventus — sabb. sanctum).

f. 13^o—15: Missae 4 de Nativitate, cum tribus lectionibus v. Tab. V. — Dominicae 4 post epiphaniam.

f. 24^o—25: „*Exorcismus cineris*“ feria IV. cinerum; omnino idem ac in Sacramentario Boldvensi (v. supra p. 44).

f. 56^o—58^o: „*In dominica ramis palmarum aspergatur aqua benedicta solito more. Incipiendo asperges me sine gloria patri . . . Oracio. Visita qu. d. plebem tuam . . . Deinde ad processionem cantentur hec responsoria: Conclusit uias. R. Dixerunt impii. R. Viri impii. Cum autem uenerint ad frondes, cantent R. Circumdederunt. V. Ne perdas cum. Oracio. Adiua d. fragilitatem plebis tue ut ad uotiuum magne festiuitatis officium . . . Alia. D. qui hodierna die ad insinuandum humilitatis exemplum . . . Leccio libri exodi . . . R. Collegerunt . . .*“ Cetera adamussim ut in Sacramentario Boldvensi (supra p. 45).

f. 69—70: „*In cena domini.*“ Vesperae inter communionem et complendam.

f. 70—74': „*In die parasceue hora VI. clerici conueniant in ecclesiam et lector incipiat legere prophetiam sine titulo.*“ — f. 73': „*Ad portandum crucem: Popule meus . . . Duo clerici stantes contra crucem respondeant Agyos . . . Chorus respondeat: Sanctus . . .*“ cf. Tab. XIX, I, nr. 1. — „*Hic sacerdos eleuet crucem cantando tribus: Ecce lignum . . .*“ Tab. nr. 2. 3. — f. 74—74': „*Hic portetur corpus domini ad altare cum maxima reuerencia cum incensu et luminaribus*“ cf. Tab. XXIX, II, 1—5. nr. Locatio sepulchri deest.

f. 74'—80: „*sabbato sancto hora IX. induat se sacerdos . . .*“ = **Benedictio ignis**, cf. Tab. XX, I, sed nr. 3. et 6. desunt. — f. 75'—76: „*Hys itaque peractis sacerdos uel dyaconus incipiat consecrare cereum dicendo . . .*“ cf. Tab. XX, II, sed deest nr. 2. — f. 76—80: **Benedictio fontis**: „*Deinde leguntur sine tytulis . . .*“ cf. Tab. XX, III, sed deest nr. 8. 9. et 5 prophetiae leguntur (accedit: Scripsit Moyses) f. 76: Exultet: „*. . . antistite nostro N. necnon et gloriosissimo rege nostro N. eiusque nobilissima coniuge N. et filiis suis cunctoque exercitu christianorum . . .*“ — f. 78—78': „*Deinde fiat processio ad fontem cum cruce, thuribulo, candela consecrata, crismate et oleo sancto, cantando Rex sanctorum . . .*“ In litaniiis: „*Adalberte, Wenczelslae . . . rex Stephane, rex Ladizlae, dux Emerice . . .*“

f. 80—87: **Ordo missae**. — f. 80—81': „*Quando sacerdos preparat se ad celebrandum missam dicat . . .*“ cf. Tab. XII, sed. desunt nr. 4. 5. 11. 12. — f. 81'—82: **Orationes ad indumenta**: „*Dum exuit palium . . .*“ cf. Tab. XIII, nr. 3. — „*Dum lauat manus . . .*“ cf. Tab. nr. 1. Cetera omnia, sicut in citata Tabella, sed desunt nr. 11. 13. — f. 82—82': „*Quando accedit ad altare dicat . . .*“, omnino ac in Missali c. l. m. ae. 435. v. infra. Confiteor sic incipit: „*Ego reus et indignus sacerdos confiteor . . .*“ — f. 82' Proskomidia: „*Ad preparandum calicem . . .*“ omnia ut in Tab. XIV, II, sed deest nr. 3. — f. 82'—83: **Offertorium**: „*Quando offert hostiam super altare . . .*“ cf. Tab. XV, desunt nr. 6—8.

f. 83—83' + f. 85: „*Incipiunt prephaciones*“ (cum notis musicis).

f. 84: (Manu aliena s. XV:) Gloria in excelsis et *Ite missa est* cum notis musicis 4 linearum; ad Gloriam „*De beata uirgine post nativitatem domini*“ rubro scripsit hungarice, ubi debeat cantari: „*Capolna*“, i. e. in capella ecclesiae.

f. 84': Imago depicta crucifixionis.

f. 85—87: **Canon**. — f. 85: „*. . . antistite nostro N.*“ — f. 85': Elevatio post consecrationem: „*Hic eleuet corpus domini. Deinde accipiat calicem in manus ac dicat . . . Hic eleuet calicem et postea reponat et extendat manus in modum crucis.*“

f. 86': Orationes ad communionem: „*ae in eternum . . .*“ ut supra p. 71. Ad calicem: „*Aue sanctissime Christi sanguis dulcior super mel et fauum faucibus meis, salus nostra descendens de celis, michi summa caritas.*“

f. 87—120': **Proprium de tempore** (a Pascha — Dom. XXIV. post Pentecost).

Sept. (1) Egidii abb. — Verene v. — (2) Emerici ducis et cf. — Justini epi. et cf. — Eodem die Remaclii epi. (f. 285). — (3) Anthonii mr. — Romadi mr. et epi. — (4) Marcelli mr. — Moysi serui dei. — (5) Victorini cum sociis. — Bertrami abb. — (6) Magni cf. — Zacharie prophete. — (7) — Ewrcii cf. — Regine v. — (8) Eodem die Corbiniani cf. (f. 288). — (9) Eodem die Chunegundis (f. 288'). — (10) Hylarii pp. — Scorum CCC mrum. — Theodardi epi. et mr. (f. 288'). — (12) Saluii epi. — Vincencii cf. — (13) Maurilii epi. — Labori epi. — Philippi epi. et mr. — (14) Eodem die Materni epi. (f. 290). — (15) Eodem die Apri cf. (f. 290). — (16) (Alia manu:) Ludmille vidue et mr. — (17) Lamberti epi. et mr. — (18) Florencii mr. — Leciorii mr. — (19) Ianuarii mr. — (20) Eustachii mr. — Faustine v. — (22) Mauricii cum sociis. — Emmerami epi. et mr. — (23) Tecele v. — (24) Concepcio Johannis Bapt. — Gerhardi. — Ruthberti cf. (f. 293). — (25) Cleophe apli. — Firmini epi. — (26) Cypriani et Justine. — (28) Wenceslai regis et mr. (alia manu:) Ducis. — (29) Eodem die Ludwini epi. et cf. (f. 295).

Oct. (1) Remigii, Germani, Vedasti ep. — Eodem die Nycassii cf. (f. 296). — (2) Leodegarii epi. et mr. — (3) Sulpicii et Gai mr. — (4) Francisci cf. — (5) Placidi et Eutici mr. — (6) Marci et Marcelliani mr. — Abraham, Ysaac et Jacob. — Eodem die Stanizlai mr. (f. 297'). — (8) Pelagie peccatricis. — Benedicte. — (9) Dyonisi, Rustici et Eleuterii mr. — (10) Gereonis mr. — (11) Inuenio corporis s. Stephani regis. — (12) Maximiani epi. — Honesti v. — IIII militum (!) coronatorum. — (13) Colomanii mr. — Faustini mr. — (14) Atanasii epi. — (15) Fortunati mr. — Aurelie v. — (16) Galli abb. — Sigismundi regis. — Carbonii epi. (f. 299). — (17) Florencii mr. — Neronis cf. — (19) Amancii epi. — Ianuarii soc. que eius. — (20) Caprasii epi. — (21) Undecim mill. uirginum. — (22) Seueri epi. et mr. — Lupencii mr. (f. 300'). — (23) Seuerini archiepi. et cf. — (24) Manglorii (!) epi. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Demetrii mr. — Vedasti et Amandi. — (27) Mariani et Luci mr. — (29) Narcissi epi. — Marcelli cf. — (30) Feliciani mr. — CCXX mr. — (31) Quintini mr. — Wolfgangi mr. — Vigilia (f. 302').

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum. — (2) Eustachii cum sociis. — Recordatio defunctorum. — (3) Germani mr. — Pirmirii abb. — Huberti epi. et cf. (f. 304'). — (4) Amancii epi. et cf. — (5) Emerici ducis et cf. — (6) Transl. s. Adalberti. — X martirum. — Leonardi cf. — (7) Willibrordi epi. — Erculiani epi. — Willechadi cf. — (8) Oct. omnium sanctorum. — (10) Martini pp. — Demetrii epi. — (Alia manu:) Ludmille vidue translacio. — (12) Arsacii cum sociis. — Benedicti cum sociis. — (13) Briccij epi. et cf. — (14) Clementini

mr. — (15) Felicis cum sociis. — Matuti et Donati. — (16) Othmari abb. — (17) Aniani epi. — Gregorii epi. — (18) Oct. s. Martini. — (19) S. Elizabet. — (20) Ponciani (!) epi. — Representacio s. Marie. — (21) Columbani abb. — (25) Katherine v. — (26) Lini pp. — (27) Agricole et Vitalis mr. — (28) Rufi mr. —

Dec. (1) Longini mr. — Candide v. — Eligii epi. — (2) Potenciani mr. — (3) Claudi et soc. — (4) Barbare v. — (5) Niceti, Dalmaci epporum. — (6) Nicolai epi. et cf. — (7) Ambrosii epi. (f. 311). — (8) Zenonis cf. — Concepcio s. Marie. — (9) Leucadie v. — Petri cf. — Eucharii epi. et cf. eodem die Valerii, Eucharii et Materni (f. 311). — (10) Eulalie v. — Melchiadis mr. — (12) Pauli epi. — (14) Nycasii epi. — (15) Valeriani epi. — Victoris et Uictorie mr. — Maximini cf. (f. 312). — (16) Ananie, Azarie, Mysaelis. — (17) Ignacii epi. et mr. — Beati Lazari, quem suscitauit dominus. — (18) Rufi et Zosimi mr. — (19) Nemesii mr. — (20) Anatasii (!) epi. — Vigilia. — (22) Theodosie v. et mr. — Scorum XXX mr. — (23) Eugenie v. — Victorie v. et mr. — (24) Gregorii presb. — Vigilia. — (29) Thome epi. et mr. — David prophete. — (30) Sabini epi. — (31) Columbe v. — Eodem die Basilii (f. 220).

f. 8: alia manu: Credo, Gloria. — f. 8': vacat.

f. 9—128: **Proprium de tempore** (a Dom. I. Adventus usque sabbat. sanc.) f. 15'—18: 4 missae Natiuitatis cum tribus lectionibus v. Tab. V. — f. 24: Vigilia epiphanie cum „*Genologia D. N. J. Ch.*“ — f. 29—35: „*Notandum quod omnes ferie de aduentu domini usque ad natiuitatem et post epiphaniam domini usque ad LXX hic sunt inserte.*“ — f. 39'—41: „*Exorcismus cineris*“ idem ac in Sacr. Boldvensi, supra p. 44. cf. Zalán p. 49 s. — f. 83'—87': „*Ordo in dominica ramis palmarum*“ idem ac in Sacr. Boldvensi, supra p. 45. cf. Zalán p. 50—52; codex noster habet duo euangelia: sec. Matthaum et Lucam, et hinc inde breuiat ritum. — f. 92—94': fer. II. et III. maioris hebdomadae: tres lectiones, cf. Tab. V. — f. 104—107: „*Ordo ad mandatum faciendum.*“ — f. 107—114: „*Item ordo in parasceue*“, cum locatione sepulchri, (f. 113') sicut in codice Posoniensi „D“, v. p. 121. — f. 114—128: „*Ordo in sabbato sancto*“, sicut in Sacr. Boldvensi, cf. Zalán 52—54. 65. „*Exultet*“ (f. 115'—118) cum notis musicis 5 linearum; dein ritus baptismi, quod in Sacramentario laudato deest.

f. 121—126': „*Ordo super electos ad katechuminum.* (1) *In primis sacerdos inquisito nomine infantis interroget eum dicens: Abrenuncias sa(tane?) . . .*“ = Rit. Strigoniense, nr. 6. p. 35. (2) „*Deinde exsufflet in faciem puero (!) tribus uicibus d(ici)t: Exi, ab eo sathana, da honorem deo uiuo et uero.*“ — (3) „*Exi inmunde spiritus, da honorem J. Ch-o filio eius. Fuge inmunde spiritus et da locum spiritui paraclito.*“ — (4) „*Dehinc consignet benedicens septem principalia membra, que hic nominantur: Signo te in fronte, in nomine J. Ch-i et confidas in eo. Benedico oculos tuos, ut uideas claritatem eius. Aures, ut audias uerbum + ueritatis eius. Nares, ut percipias odorem suauitatis eius. Pectus, ut credas in eum. Scapulas, ut suscipias iugum seruitutis eius. Os, ut confitearis eum. Qui cum patre et spiritu sancto . . .*“ — (5) „*Dein faciat signum in fronte infantis dicens: Signum sancte crucis d. n. J. Ch-i in frontem tuam pono.*“ — (6) „*Similiter et in pectore faciat dicens: Signum saluatoris d. n. J. Ch-i in pectus tuum pono.*“ — (7) „*Demum dicit: Accipe signum crucis tam in fronte, quam in corde . . . et J. Ch-um filium eius.*“ = RST nr. 10. p. 39. — (8) „*Te deprecor dne s. p. o. e. d. ut huic famulo tuo N. . . . percipere mereatur.*“ = RST nr. 11. p. 39—40. — (9) „*Dein interroget eum de fide catholica dicens: Credis in deum patrem omnipotentem, creatorem . . . carnis resurrectionem (vitam aeternam) post mortem?*“ = RSt nr. 6. p. 35—37. — (10) „*Hys expletis*

sequitur a sacerdote: *Dom. uob. Et cum s. — O. s. d. p. d. n. J. Ch-i respicere dignare super hunc famulum tuum . . . percepta medicina.*“ = RSt nr. 14. p. 41. — (11) „*Preces nostras dne clementer exaudi, ut electum tuum crucis dominice . . . peruenire mereatur*“ = RSt nr. 13. p. 40. — (12) „*Super masculos et feminas: D. qui humani generis ita es conditor, ut . . . gaudeant se recepisse per gratiam*“ = RSt nr. 13. p. 41. — (13) „*Exorcizmus salis. Exorcizo te creatura salis . . . permanens in uisceribus eorum*“ = RSt nr. 16. p. 41—42. — (14) „*Benedic o. d. hanc creaturam salis tua benedictione celesti, in nomine d. n. J. Ch-i et in uirtute spiritus + sancti ad effugandum inimicum, quam sanctificando sanctifi + ces, benedicendo benedi + cas, fiatque omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in uisceribus sumencium in nomine d. n. J. Ch-i. Qui uen(turus est) . . .*“ — (15) „*Hic accipiat de eodem sale et ponat in ore pueri dicens: Accipe salem sapientie, per quod propiciatus sit tibi dominus in uitam eternam. Amen. Pax tibi. Et cum spiritu tuo.*“ — (16) „*D. patrum nostrorum, d. uniuerse conditor creature . . . perduc eum ad noue consequi mereatur*“ = RSt nr. 17. p. 42. — (17) „*Hic faciat crucem in frontem infantis et dicat: D. abraham . . . d. qui moysi famulo tuo . . . gratiam baptismi tui*“ = RSt nr. 22. p. 45. — (18) „*Ergo maledicte dyabole recognosce . . . ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque . . . audeas uiolare*“ = RSt nr. 22. p. 45—56. — (19) „*Ad feminas. D. celi d. terre, d. angelorum . . . ad gratiam baptismi tui*“ = RSt nr. 26. p. 52—53. — (20) „*Ergo maledicte dyabole, ut supra.*“ — (21) „*(Super) mascul(os). D. inmortalis presidium . . . regna percipiat*“ = RSt nr. 23. p. 47—48. — (22) „*Super feminas. D. abraham . . . d. qui tribus israel de egyptiaca seruitute liberatos per moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti et susannam de falso crimine liberasti te supplex deprecor domine, ut liberes hanc famulam tuam et perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Per eum qui uenit.*“ — (23) „*Ergo maledicte.*“ — (24) „*Super masculos. Exorcizo te inmunde spiritus in nomine p. et f. et sp. s., ut exeas et recedas ab hoc famulo dei N., ipse enim tibi imperat maledicte dampnate, qui ceco nato oculos aperuit et quatruiduanum lazarus de monumento suscitauit.*“ — (25) „*Ergo maledicte.*“ — (26) „*Tam super masculos, quam super feminas. Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor d. s. p. o. d. luminis et ueritatis . . . ad percipiendam gratiam baptismi tui*“ = RSt nr. 29. p. 58. — (27) „*Super feminas. Exorcizo te inmunde spiritus . . . ut exeas . . . ipse enim tibi imperat . . . porrexit*“ = RSt nr. 25. p. 50. — (28) „*Super utrumque sexum. Audi maledicte sathana adiuratus per nomen eterni dei . . . uicturo . . . perturbatis . . . pectus idest sanctificatum . . . liberatus hic seruus . . . nomen eius sanctum in secula seculorum. Amen.*“ = RSt nr. 23. p. 48. — (29) „*Sequencia s. e. Sec. Matheum. In illo tempore oblatis sunt ihu paruuli . . .*“ (Mt. 19, 13—15) = RSt (ordo baptismi parvulorum) nr. 10. p. 9. — (30) „*Tunc sacerdos ponat manum super caput infantis et catheziset eum sic d(icens): Nec te latheat sathana . . .*“ = RSt nr. 36. p. 59—60. (Fol. 123' excidit e foliis phototypicis).

f. 123'—125': **Benedictio fontis baptismatis.**

f. 125'—126: **Continuatio baptismi.** (—) „*Sacerdos cum baptizat inuocato nomine pueri dicat: Abrenuncias sathane . . .*“ — (1) „*Tunc sacerdos inungat puerum de oleo sancto cum pollice crucem faciendo in pectore et inter scapulas ita dicendo: Et ego te linio oleo salutis in Ch. J-u d. n.-o-Inter scapulas — in uitam eternam. Amen.*“ — (2) „*His expletis teneant infantem suscepturi eum de sacro fonte et interroget eum sacerdos: Quis uocaris? R. N. Post hec interroget eum de fide katholica dicens: Credis in deum . . .*“ — (3) „*Postea accipiat eum sacerdos et dicat ei: Vis baptizari? R. Volo. Tunc mergat eum semel in fontem et dicat: Et*

ego te baptizo te (!) in nomine patris mergat secundo Et filij mergat tercio Et spiritus sancti.“ — (4) „*Tunc suscipiatur infans a quibus suscipiendus est de manu sacerdotis in fonte et erigant eum de aqua, ut autem surrexerit a fonte, dicat sacerdos hanc oracionem: D. p. o. d. n. J. Ch-i qui te regenerauit . . . omnium peccatorum — hic faciat ei crucem cum pollice de crismate in uerticem eius ita dicendo: Ipse te linit . . . in uitam eternam. Amen*“ = RSt nr. 46. p. 64. — (5) „*Deinde induat eum feste (!) alba et dicat: Accipe uestem candidam sanctam et immaculatam . . . eternam. Amen.*“ = RSt nr. 47. p. 126. — (6) „*Postea det ei cereum ardentem in manu dextra et dicat: Accipe lampadem ardentem, irreprensibilem custodi baptismum tuum, ut cum dominus ad nupcias uenerit, possis ei currere obuiam vna cum sanctis in aula celesti, ut habeas uitam eternam et uiuas in secula seculorum amen. Pax tibi.*“

f. 126—126': **Baptismus infirmorum.** „*Si autem infirmus puer ad baptizandum deferatur, non facit superscriptum ordinem.* — (1) *Sed tantum post: Eternam ac iustissimam, addat hanc oracionem: Medelam tuam deprecamur d. s. p. o. e. d. quam distribuit humanis infirmitatibus xpc. Erige famulum tuum N. egritudinis languore depressum et omnem sensum eius dignare tuis uisitacionibus refoue (!) quatenus adopcionem tuam possit cum gaudio sanitatis percipere. Expelle itaque ab eo cuncta contraria ualitudinis (!) tela, ut ad gratiam tuam granter occurat. Reuela (!) quem redimere gloriaris, ut baptismi sit in illo palma, non mortis et gloriosum semper baiulet, quod accepit signum crucis. Per.*“ — (2) „*Tunc dicat symbolum et oracionem dominicam et ita cathezizet (!) puerum: Nec te lateat ut supra, et tangat ei aures et nares de sputo et dicat: Effeta quod est ad(aperire) ut supra.* — (3) *Postea tangat pectus et inter scapulas et uocato nomine dicat: Abrenuncias, ut supra.* — (4) *Illam maiorem oracionem non dicat, sed istam ad succurrendum: Exaudi nos o. d. ut in huius aque sub(stanci)am tuam inmiscce uirtutem, ut abluendi per eam sanitatem simul et uitam mereantur eternam. Per.* — (5) *Exorcismus aque. Exorcizo te creatura aque . . . te omnis uirtus aduersarij . . . in remissionem omnium peccatorum. Per.* = RSt (Benedictio fontis baptismi in casu necessitatis) nr. 1. et nr. 2. p. 111—112. — (6) *Prius quam eum aqua perfundat, interroget eum uerbis symboli dicens: Credis in deum etc. ut supra.* — (7) *Et addat oracionem: O. et m. d. maiestatem tuam supplices deprecamur, ut famulum tuum N. digneris serenis aspectibus tuis presentari et cui donasti sacramentum baptismi, longeuam tribuas sanitatem. Per eum qui ven(turus est).* — (8) *Benedicchio dei patris . . . maneat semper.*“

f. 126'—127': „*Finitis autem omnibus redeant in chorum duobus cantoribus cantantibus sollempniter letaniam.*“ Litaniae et missa uigiliae. In litanis f. 127: „*Adalberte . . . Wenceslae . . . Sancte Rex Stephane, sancte Emerice, sancte Ladizlae . . . Margareta . . . Elyzabeth.*“

f. 128—129: „*Benedicchio salis et aque.*“ — f. 129—129': „*Ad aspergendum aqua benedicta*“ = processio paschalis.

f. 129'—130': (duae aliae manus cursivae:) Vigilia et festum Visitationis B: M. V.

f. 131—143: **Ordo missae.** — f. 131—133': „*Quando sacerdos preparat se ad celebrandam missam*“, praeparatio et orationes ad indumenta, v. apud cod. D. p. 123. — f. 133'—134': oratio ante altare, cf. cod. D. p. 123. — f. 134'—135': modus offerendi, cf. cod. D. p. 123. — f. 135'—139: praefationes (cum notis musicis). — f. 139': uacat. — f. 140—143: Canon. — „*Pro archiepiscopo nostro N.*“ — f. 143: orationes ad communionem sicut in cod. A. v. p. 84.

f. 143—144: „*Benedictiones super*“ esculenta paschalia, sicut in Sacr. Boldvensi v. supra p. 48; cf. Zalán p. 54 s.

f. 144—217: *Proprium de tempore* (a Dom. Pasch. usque Dom. XXV. post Pentecosten). — f. 158—158': „*In letania maiori*“ ordo processionis.

f. 217—218': „*In dedicacione templi.*“ — „*In dedicacione altaris.*“

f. 218'—219: „*Joseph prophete.*“ (cf. apud cod. F. p. 166.) — „*Joseph nutritoris domini.*“ — „*De sancta maria.*“ — „*Lazari episcopi et mr.*“

f. 219—313: „*Incipiunt festiuitates sanctorum.*“ — f. 228'—230': „*Ordo in Purificacione*“ sicut in Sacr. Boldvensi supra p. 49; cf. Zalán p. 55—56, sed benedictio ignis in codice nostro deest. — f. 236': „*Gerardi epi. et mr.*“ — f. 241: „*Adalberti*“ processio et missa. — f. 258'—259': in natali S. Joannis Bapt. „*ad primam missam*“ et „*ad missam.*“ — f. 260': „*Ladizlai regis.*“ — f. 268': „*Benedicti atque Andree.*“ — f. 274: „*Benedictio uue.*“ (die 6. Aug.) — f. 279': „*sancti regis Stephani.*“ — f. 284': „*Emerici ducis.*“ — f. 286'—287': „*In nativitate s. Marie*“ Evangelium (Liber generationis J. Ch.) cum notis musicis 5 linearum. — f. 293: „*gerardi episcopi et mr.*“ — f. f. 306: „*Elizabeth.*“

f. 313—314': *Commune sanctorum.*

f. 314'—326': *Missae votivae.* „*De sancto spiritu.* — *De angelis.* — *De s. cruce.* — *Beate virginis.* — *De omnibus sanctis.* — *Defunctorum.* — *De sanctis, quorum exitus agitur.* — *De sanctis, quorum reliquie in ecclesia continentur.* — *Preces pro ecclesia.* — *Pro archiepiscopo.* — *Pro omni gradu ecclesie.* — *Pro rege.* — *Pro rege et regina.* — *Pro seipso.* — *Pro concordia.* — *Pro cognacione.* — *Pro temptatione carnis.* — *Pro amico.* — *Pro benefactoribus.* — *Pro peccatis.* — *Pro pace.* — *Pro pluuia.* — *Pro serenitate ad processionem* (f. 324), *ad missam.* — *Contra fulgura et tempestates.* — *Contra malos iudices.* — *Pro confitentibus.* *Pro nauigantibus.* — *Pro iter agentibus.* — *Pro quacunq[ue] tribulacione.* — *Pro omni populo.* — *Pro infirmis.* — *In tempore mortalitatis.*“

f. 326'—327: „*Benedictio super baculos et peras peregrinancium*“, sicut in Sacr. Boldvensi supra p. 33. nr. 15. cf. Zalán p. 48, nota 2.

f. 327—329': „*Ordo ad faciendum nupcias.*“ Ritus fere idem, etiam rubricae, ac in Missali Capituli Poseniensis nr. 10. fol. CCCX., cuius textum J. Dankó publicauit (VH 96—97.); variantes huius codicis sub siglo „B“ adducimus. — (1) „*Episcopus siue sacerdos indutus sacris uestibus, stans in introitu ecclesie, iubeat uenire sponsum et sponsam, statuens eos pariter ante fores ecclesie, sponsum uero in dexteram („B“: dextra) sponsam uero („B“: autem) in sinistram („B“: sinistra) et anulum positum super librum sacramentorum sic benedicat. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit. Benedic + domine hunc anulum quem nos in nomine domini nostri benedicimus, ut qui eum portauerit, in tua pace consistat, et in tua uoluntate permaneat et in tuo amore uiuat et senescat et multiplicetur in longitudine dierum. Per xpm. Amen.*“ — (2) „*Oratio. Creator et confirmator humani generis, dator gratie spiritualis, largitor eterne salutis, tu domine mitte spiritum sanctum tuum paraclitum de celis super hunc anulum, ut armatus uirtute celestis defensionis, illi qui eum portauerit, proficiat ad salutem.*“ (N. B. super singula uerba notatum est etiam pluralis.) — (3) „*Tunc sponsus accipiat anulum et tenens dextram sponse, ponat in pollice eius dicens: In nomine patris et sic in indice: Et filij et demum („B“: deinde) in medico (!) Spiritus sancti. Amen.*“ — (4) „*Sequitur: Benedicti sitis a domino qui mundum ex nichilo fecit.* („B“: Preces.) *Manda deus uirtuti tue confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in ierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregacio thaurorum in uaccis populorum. Qui probati sunt argento. Domine exaudi oracionem meam. Et cl(amor*

meus). *Dns vobiscum.*“ — (5) („B“: tantum: „Deus.“) „*Deus abraham . . . benedic adolescentes istos . . . facere cupiant. Per d. n. J. Ch-um recuperatorem hominum . . .*“ = RSt nr. 7. p. 285. — (6) („B“: desunt haec.) „*Deinde sequitur psalmus. Beati omnes qui timent dominum. Gloria patri. Alleluia. Kyriel. xpel. kyriel. Pater noster. Saluum fac seruum tuum et ancillam tuam. Deus meus . . .*“ = RSt nr. 9. p. 286 (etiam ceteri versiculi). — (7) „*Oracio. Respice quesumus domine* („B“ habet tantum haec verba) *de celo sancto tuo super hanc conuencionem et sicut misisti angelum tuum raphaelem pacificum thobie et sare filie raguclis, ita digneris domine mittere bene + dictionem tuam super adolescentes istos, ut in tua voluntate permaneant et in amore tuo uiuant et senescant et multiplicentur in longitudine dierum. Per.*“ — (8) („B“: tantum: „Adesto.“) „*Adesto domine supplicationibus nostris . . . seruetur*“ = RSt nr. 9. p. 286. — (9) „*Oracio.* („B“: tantum: „Benedic.“) „*Benedic d. J. Ch-e hunc famulum tuum et hanc famulam tuam . . . in die iudicij.*“ = RSt nr. 9. p. 287. — (10) („B“: tantum: „Benedicat.“) „*Benedicat uos deus pater, custodiat uos J. Ch. . . ut habeatis uitam in secula seculorum, amen.*“ = RSt nr. 9. p. 287. — (11) „*Quibus expletis introducantur in ecclesiam et statuuntur ante altare in dextera parte. Dein missa agatur sollempniter.*“ — In missa nuptiali (f. 328’—329’) missa sicut in MRom. cum epistola I Cor. 6, 15—19 cum inscriptione „*Ad romanos*“. *Benedictio nuptialis infra missam f. 329—329’:* „*Antequam dicatur: Pax domini sit, Sponsus et sponsa prosterant sese ante altare sub uelo et conuersus sacerdos super eos dicat quidem legendo hanc oracionem: Propiciare . . . auxiliante seruetur.*“ = MRom. — „*Per omnia secula seculorum. Amen . . . Dignum (et iustum est.) Prephacio. VD. eterne deus. Qui potestate uirtutis tue . . . perueniat senectutem.*“ = MRom. — „*Hic mutet uocem: Per d. n. J. Ch-um benedicat uos deus p. et f. et sp. s. qui trinus est in numero et vnus in nomine, per infinita secula seculorum. Amen.*“ — „*Oracione finita sponsus et sponsa surgant et sacerdos conuertens se ad altare dicat alta uoce: Per omnia secula s. Amen. Pax domini sit semper uob. Qua completa pax detur sponse et sponsus osculetur sponsam suam, populo autem per alium sacerdotem siue clericum diuidatur pax.*“ — Post missam f. 129’: „*Benedicchio thalami. Bene + dic domine thalamum hunc et omnes habitantes in eo, ut in tua uoluntate permaneant et in tuo amore uiuant et crescant et senescant et multiplicentur in longitudine dierum. Per. — Oracio. Da quesumus domine, bene + dictionem tuam super hunc puerum adolescentem et hanc puellam, ut tibi subditi fiant atque iugiter deseruiant. Per Ch-um d. n. Amen.*“

f. 330—336: „*Incipit missa pro defunctis.*“

f. 336—336’: „*Petri martiris.*“ (O. P.)

f. 336’: „*Benedicchio pabuli.*“ — Sequentia „*Virgini marie laudes*“ alia manu.

f. 337—338: Versus alleluatiaci ad commune sanctorum.

f. 338’—356’: *Sequentiae.*

f. 357—358’: vacant.

15. MISSALE ITINERANTIUM S. XIV. HUNGARICUM.

(*Mus. Nation. c. l. m. ae. 435.*)

Membranaceum — ff 1+121 — 25.7 × 19 cm — seac. XIV. — scriptura Gothica — compactum assibus corio rufo tectis — notae musicae 4 linearum et lineis carentes — litterae initiales simplices, 3 ornamentales, imago Canonis.

POSSESSOR: Lud. Ernst, a quo Musaeum Nationale librum comparavit 1935. cf. Növedéknapló 19 (1935).

PROVENIENTIA: Codicem suspicor esse missale itinerantium, nam desunt omnes missae feriales, item dominicae omnes per annum, tantum festa fori tum temporalis, tum sanctoralis partis continentur. Sancti Hungarici usum Hungaricum demonstrant; „Archiepiscopus“ in canone (f. 15) et ritus ordinis missae archidioecesis Strigoniensem commendant.

BIBLIOGRAPHIA: BCat 391. — RInd nr. 29.

Folium librum antecedens: praefatio B. M. V. cum notis musicis 4 linearum.
f. 1—1': Credo. Gloria in excelsis.

f. 1'—6': Orationes privatae sacerdotis. — f. 1'—4': „*Summe sacerdos et uere pontifex . . . neque siciam in eternum.*“ — f. 4'—5': „*Rogo te deus sabbaoth altissime . . . leniter ac benigne suscipe.*“ — f. 5—5': „*Oramus te sancta trinitas et inseparabilis unitas . . . unius potencie, unius uoluntatis.*“ — f. 5'—6': „*Confessio. Confiteor tibi peccata mea eterna pontifex . . . peruenire merear.*“ — f. 6—6': „*D. J. Ch. fili dei uiui immensam clemenciam tuam . . . percipere merear pijssime deus.*“

f. 6'—19: **Ordo missae.**

f. 6'—10': „*Quando sacerdos preparat se ad celebrandam missam legat.*“ Praeparatio ad missam cf. Tabellam XII., sed desunt nr. 3. 11. 12. Nr.-i 9. et 10. Tabellae in codice nostro inversae sunt; nr. 8. a codice nostro inscribitur: „*Ad indumentum.*“ — f. 10'—11': „*Quando sacerdos uenerit ante altare, dicat.*“ cf. Tabellam XIV. Inter nr. 7. et 8. Tabellae codex noster habet orationem: „*Exaudi qu. Domine supplicum preces . . .*“ — f. 11'—12: „*Quando offert hostiam super altare, dicit*“, omnino idem ritus ac Tabellae XIV, II. sed in codice nostro desunt nr. 1. 2. In offertorio desunt nr. 6. 7. 8. Tabellae XV. et „*Sorores*“ in „*Orate fratres . . .*“ — f. 12—14': „*Secuntur prefaciones*“ (sine notis musicis). — 15—19: Canon. — „*Pro archiepiscopo nostro.*“ — f. 16: „*Hic eleuet calicem et postea reponat et extendat manus in modum crucis.*“ — f. 18': oratio ad sumptionem corporis, sicut in cod. „A“ p. 84. — f. Ad calicem ibidem haec legitur: „*Quid retribuam . . . Sanguis D. n. J. Ch. quem uere confiteor de latere eius profluxisse, mundet omnes maculas consciencie mee et sit michi remissio omnium peccatorum meorum.*“ — f. 19: „*Ea uens se sacerdos dicat hos psalmos . . .*“

f. 19'—58: **Proprium de tempore.** — f. 25: tantum missa tertia Natiuitatis. Feriales missae in toto libro desunt. — f. 27—31': festa post natiuitatem. — f. 31'—32: „*De s. Maria uirgine usque ad purificationem.*“ — f. 32—32': „*Epiphania.*“ — f. 34—36: Purificatio et Annuntiatio. — f. f. 36—49': Dominicae quadragesimae; desunt dominicae epiphaniae et Septuagesimae. — f. 49'—50': „*In die pasche officium.*“ — f. 50'—52: „*Tempore paschali de s. Maria officium.*“ — f. 52—53': „*In ascensione domini.*“ Omnia alia desunt. — f. 53'—55': „*In die Penthecostes.*“ — f. 55'—57: „*De s. trinitate.*“ — f. 57—58': „*De corpore xpi officium.*“

f. 58'—84: **Proprium sanctorum.** — Omnia festa hic contenta recensentur a nobis. f. 58': „*De s. Johanne Baptista.*“ — f. 60: „*In octaua s. Iohannis Bapt.*“ — f. 60': „*De s. Ladizlao.*“ — f. 60': „*S. Pauli.*“ — f. 62': „*Margerete uirg.*“ — f. 64: „*Marie Magdalene.*“ f. 66: „*S. Jacobi.*“ — f. 67': „*De transfiguratione.*“ — f. 68': „*Benediccio uue.*“ — f. 69: „*S. Laurenti.*“ — f. 70: „*Assumpcio s. Marie.*“ — f. 71': „*De s. Stephano rege.*“ — f. 73': „*Natiuitas s. Marie.*“ — „*Eodem die Adriani.*“ — f. 75': „*Eodem die Corbiniani.*“ — f. 76: „*Mychaelis archang.*“ — f. 77': „*De omnibus sanctis.*“ — f. 79': „*De s. Martino. Eodem die s. Menne.*“ — f. 81: „*Elyzabeth.*“ — f. 82: „*De s. Katherina.*“ — f. 83: „*Nycolai.*“ — f. 84: „*Concepicio s. Marie uirginis.*“

f. 84'—96': Missae votivae. „*De s. cruce.* — *De s. spiritu.* — *De domina.* — (cum sex sequentiis.) — *Pro defunctis.* — *Contra tribulationes.* — *Contra immundas cogitationes.* — *De omnibus sanctis.* (A cunctis.) — *Generalis* (duae).“

f. 96'—100': Orationes variae.

f. 100'—102: Dedicatio ecclesie.

f. 102—107: „*Septuagesima. Dom. II.* — *Dom. III.* — *Sexagesima, Quinquages.*

f. 107—114: *Commune sanctorum.*

f. 114—115: „*In Kathedra s. Petri.* — *Ad vincula s. Petri.*“

f. 115'—117': *Sequentiae*, quae in corpore libri desunt.

f. 118—121': *Supplementa* per varias manus exarata. — f. 118—118': 2 missae Nativitatis, quae defuerunt. — f. 119: Missa pro defunctis. — f. 120—121: Exorcismus salis et aquae. — f. 121: „*Consecratio vini.*“ In evangelio huius benedictionis (Cana Galileae) abrupte desinit textus.

16. MISSALE (FRAGMENT.) ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XIV.

(*Archivum Civitatis Sopron nr. 4. 5. 6.*)

Membranaceum — ff 5 — 34.5 × 27 cm sed aliqua folia abscaisa — saec. XIV. — scriptura Gothica — foliis his ligati erant, ut tegumentis, protocolla civitatis Sopron ex annis 1584/5 (fragm. nr. 4.), 1586 (nr. 5.) et 1587—1590 (nr. 6.) — initialia rubra et caerulea.

PROVENIENTIA: Archivum civitatis Sopron complura protocolla et alios libros huius generis possidet e saeculis XVI—XVII., quae pro tegumento folia excisa codicum medio-aevalium acceperunt. Plus quam 200 codices potuimus sic ut olim existentes describere, etsi plerumque tantum 1—2 folia ex interitu codicis eriperentur. Civitas, quae s. XVI. fere tota Protestantismo se dederat, codices, imprimis libros liturgicos et bibliothecis parochiae S. Michaelis, Capellae S. Spiritus, ecclesiae S. Georgii abstulit et partes eorum ut tegumenta salvatae sunt. Tegumenta haec iure meritoque debent ergo praesumi partes codicum in Hungaria scriptorum, vel saltem usitatorum. Tantum fragmenta maiora adducimus in Catalogo nostro.

fragm. nr. 4. binio: f. (1) Pars Sanctoralis: „*Eufemie, Lucie et Geminiani.* — *De sancto Lamperto officium.*“ — f. (1'): Postea rubrica: „*Januarij et sociorum eius. Collecta tantum. Si in feria IIII aut VI aut sabbato festum novem leccionum superuenerit, due misse agantur. Missa festi post terciam cum gloria in excelsis et cum ceteris. Et missa ieiunii post sextam cum genuflexione. Notandum, quod proxima feria IV. post exaltationem sancte crucis celebrandum est ieiunium Septembris.* — *feria IIII Officium. Prima collecta absque salutacione, cum genuflexione.*“ — f. (2): „*Epistola de S. Francisco (Assis.) ad romanos.* — *Dyonisij et sociorum eius.*“ — f. (2'): „*Gereonis et sociorum eius.* — *Maximiliani episcopi.* — *De sco Cholomanno.*“

fragm. nr. 5. f. (3—3'): vigilia Assumptionis. „*In die sancto.*“ Duae collectae: „*Venerande nobis domine huius diei festiuitas opem conferat salutarem . . . Sequens collecta per octauam dicatur. Oratio. Famulorum tuorum . . .*“ — f. (4—4'): Aegidii abb. — „*Emerici*“ (sc. ducis festum 2. Sept.) Unde colligitur, missale hoc revera in Hungaria scriptum esse. — „*Verene.*“ — „*In natiuitate s. Marie.*“

fragm. nr. 6. f. (5—5'): missae votivae B. M. V.

17. MISSALE (FRAGMENT.) ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XIV.

(*Archivum Civitatis Sopron nr. 125. 192. 199. 200.*)

Membranaceum — ff 8 — 34 × 27 cm — scriptura Gothica, binis columnis — excisum e tegumentis librorum manu scriptorum: „*Scharckhanische Raittung 1587*“ (fragm. nr. 125.), *Protocolli civitatis 1591—1593* (nr. 192.), item „*Spital Raittung*“ 1587 (nr. 199.) et anni 1588 (nr. 200.) — litterae initiales simplices rubrae.

POSSESSOR: Sine dubio aliqua ecclesia Soproniensis; cf. supra dicta de Missali fragmentario nr. 16. p. 97.

PROVENIENTIA: Fragmenta haec sunt pars alicuius Missalis, omnia e Sequentiario huius codicis deprompta; evidenter originis Hungaricae, uti sequentia S. Ladislai regis probatur, cuius cultus, sicut videri potest, saeculo XIV. ad finem vergente Sopronii iam introductus est; cf. dicta relate ad Missale Soproniense Stephani Golsonis f. 120', p. 110. inferius.

fragm. nr. 199. f. (2—2'): (finis sequentiae paschalis: . . . „*astra solum mare iocundetur Et cuncti gratulentur in celis spiritalis chori tonanti*“). — „*Alia de pascha. Agni paschalis esu . . .*“ — „*De pascha s(equentia). Mundi renouacio . . .*“ in calce folii ultima verba: „*. . . in quo nichil habuit.*“

fragm. 125. nr. f. (1—1'): „*ius amisit proprium . . .*“ = continuatio sequentiae superioris. — „*Alia. Surgit xpe cum tropheo . . .*“ — „*De s. Georio. Martir milesque xpi . . .*“

Desunt folia.

fragm. 125. f. (2—2'): (finis sequentiae de S. Joanne Baptistà). — „*De sco Regè Ladezlao Vngarie. Noue laudis attollamus . . .*“ in calce folii ultima verba: „*Procul ense perent per se fere.*“

fragm. nr. 199. f. (1—1'): „*gentes et aduerse . . .*“ = continuatio sequentiae superioris. — „*Petri et Pauli. Petre summe xpi . . .*“ — „*de sca margaretha. Gratuletur orbis totus . . .*“

fragm. nr. 200. f. (1—1'): Finis sequentiae in divisione apostolorum: „*In quorum divisione collectum gregem custodias indivisum et in vinculo pacis vnum . . .*“ — „*Marie Magdalene. Laus tibi xpe qui es creator . . .*“

fragm. nr. 192. f. (1—1'): (finis sequentiae evangelistarum). — „*XI. milium uirginum. Virginalis turma sexus . . .*“

18. MISSALE (FRAGMENT.) ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XIV.

(*Archivum Civitatis Sopron nr. 194—198.*)

Membranaceum — ff 10 — 37.8 × 27.6 cm — s. XIV. — scriptura Gothica, binis columnis — excisum e tegumentis protocollorum manu scriptorum Civitatis Sopron: „*Prothocoll de A-o 1594. 95. 96.*“ (fragm. nr. 193.); „*Prothocoll de anno 1597.*“ (nr. 194.); „*Prothocoll de anno 1598*“ (nr. 195.); „*Prothocoll de anno 1599. 1600.*“ (nr. 196.); „*Prothocoll de A. 1601.*“ (nr. 197.); „*Prothocoll De Anno 1602.*“ (nr. 198.) — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae.

POSSESSOR: Sine dubio aliqua ecclesia Soproniensis; cf. supra dicta de Missali fragmentario nr. 16.; p. 97.

PROVENIENTIA: Praesumitur Hungarica vi supra dictorum.

fragm. nr. 197. f. (1—2'): Pars propriae de tempore. Dom. IV. Quadragesimae.

fragm. nr. 195. f. (1—1'): (fer. IV. post Dom. IV. Quadragesimae). — „*feria V.*“ (post Dom. IV.)

fragm. nr. 196. f. (1—1'): (continuatio fer. V. post Dom. IV.).

fragm. nr. 198. f. (1—2'): „*feria VI.*“ (post Dom. IV. Quadr.) — „*Sabbato*“ (post Dom. IV. Quadragesimae.)

fragm. 196. f. (2—2'): (continuatio sabbati post Dom. IV. Quadr.) — „*Dominica in passione.*“

fragm. nr. 195. f. (2—2'): (continuatio Dom. in passione.). — „*Feria secunda.*“ (post Dom. in passione.) — „*Feria tertia*“ (post Dom. in passione.)

fragm. nr. 194. f. (1—2'): Pars propriae sanctorum. (Finis missae S. Jacobi apostoli.) — „*Anne matris marie.* — *Panthaleonis mr.* — *Felicis, Simplicis, Faustini et Beatrixis.*“ — (f. 2.) „*Affre mr. et eodem die Donati.* — *Cyriaci et sociorum eius.* — *In vigilia laurencij.*“

19. MISSALE (FRAGMENTARIUM) O. S. PAULI EREMITAE IN HUNGARIA (SAEC. XIV.)

(*Archivum Princ. Batthyány in Körmend nr. 5. et 65.*)

Membranaceum — ff 4 — 39×27 cm — saec. XIV. — scriptura Gothica — excisum e tegumento librorum manu scriptorum, quibus rationes redditae sunt: „1596. *Registrum az chiatari hegwamokrul*“ (fragm. nr. 5.) et: „*Anno 1597-esztendőbeli Chattarj washegy Samfalway Hegywam Registrum*“ (nr. 65) — litterae initiales ornamentales.


POSSESSOR: In archivo Principum de Batthyány in Körmend saeculis XVI—XVII. similiter ac in civitate Sopron, multa folia codicum medii aevi pro tegumentis librorum adhibita sunt. Circa 60 fragmenta codicum potui determinare; sed tantum fragmenta alicuius momenti in opus praesens assumpsi. Maxima pars codicum memoratorum liturgica est; sine dubio ecclesiae patronatus Batthyányiani erant possessores horum codicum. Quando autem familia haec decursu saeculi XVI. ad tempus Protestantismo adhaesit et reformationem in suis ecclesiis introduxit, codices ut superflui in castrum Patroni devenerunt, ubi nunc tantum, pro dolor, ex eis fragmenta inveniri possunt.

PROVENIENTIA: Etsi e supra dictis iure praesumitur Hungarica, hoc etiam confirmatur Kalendario: 23. Apr. Adalberti epi. et mr. — 2. Sept. Emerici ducis et cf. — 24. Gerardi epi. et mr. — 5. Nov. Emerici ducis et cf. — Missale, cuius memoriam tantum 8 menses Kalendarii servant, tamen alicuius momenti haberi debet, nam non habemus Missale aliud e saeculo XIV. ordinis S. Pauli Eremitae. Originem Paulanam codicis demonstrant festa: 10. Jan. Pauli primi heremite totum duplex — 17. Jan. Anthonij abbatis et conf. duplex (rubro notatum) — 11. Sept. Anniversarium Lodouici regis (Magni, a Paulanis semper utpote benefactoris celebratum) — 14. Nov. Translacio s. Pauli heremite duplex.

Fragm. nr. 5. (f. 1—1' et f. 4—4'): menses Jan. Febr. Nov. Dec. Kalendarii.

Fragm. nr. 65. (f. 2—2' et 3—3'): menses Mart. Apr. Sept. Oct. Kalendarii.

Ordo originalis fragmentorum haec est:



Kalendarium. Menses Mai.—Aug. exciderunt.

Jan. (2) Oct. S. Stephani prothomr. IX. (lectionum.) — (3) Oct. S. Johannis apli et ew. IX. — (4) Oct. S. Innocentum mr. IX. — (10) Pauli primi heremite totum duplex. — (13) Hilarij epi. et cf. — (15) Mauri abb. IX. — (17) Antonij abb. et cf. d(uplex). — Sulpicij epi. com(memmoratio.) — (24) Timothei epi. et mr. com. — (27) Juliani epi. et cf.

Febr. (1) Ignacij epi. et mr. — (3) Blasij epi. et mr. IX. — (6) Dorothee v. et mr. IX. — (9) Appollonie v. et mr. IX. — (10) Scolastice v. IX. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli. d. — Gerhardi epi. et mr. com. — (25) Walpurgae v. com.

Mart. — (7) Thome de aquino IX. — (21) Benedicti abb. et cf. IX.

Apr. (2) Marie egiptiace. — (4) Ambrosij epi. et cf. d. — (23) Adalberti epi. et mr. — (24) Georgij mr. — (25) Marci ew. d. — Letania maior. — (29) Petri mr.

Sept. (1) Egidij abb. et cf. IX. — (2) Emerici ducis et cf. IX. — Anthonij mr. com. — (4) Oct. s. Augustini epi. et cf. IX. — (7) Eurcij epi. et cf. IX. — Vigilia. — (11) Anniuersarium Iodouici regis. (13) Maurilij epi. et cf. com. — (15) Oct. natiuitatis beate marie. — (17) Lamperti epi. et mr. IX. — (18) Anniuersarium benefactorum et familiarium nostrorum defunctorum. — (22) Mauricij cum sos. mr. IX. — Emmerami mr. com. — (23) Teele v. et mr. IX. — (24) Gerardi epi. et mr. IX. — (26) Cipriani et Justine mr. IX. — (28) Wenceslai mr.

Oct. (1) Remigij cum socijs epor. (!) cf. IX. — (2) Leodegarij epi. et mr. IX. — (4) Francisci cf. IX. — (8) Pelagie v. com. — (9) Dionisij, Rustici et Eleuterij mr. IX. — (10) Gereonis cum sociis suis mr. com. — (11) Translacio s. Augustini IX. — (13) Colomanni mr. IX. — (14) Cerbonij epi. et cf. IX. — (16) Galli cf. IX. — Sigismundi regis et mr. com. — (19) Anniuersarium parentum et fratrum nostrorum defunctorum. — (21) XI. mil. virg. — (23) Seuerini epi. et cf. com. — (24) Maglorij epi. et cf. IX. — (25) Crispini et Crispiniani mr. com. — (26) Demetrii mr. — Vedasti et Amandi epor. et cf. com. — (31) Quintini mr. — Vigilia.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum totum duplex. — (2) Commemoracio omnium fidelium defunctorum. — Eustachij cum socijs. — (5) Emerici ducis et cf. d. — (6) Translacio s. Adalberti IX. — Leonhardi cf. — (7) Willibrordi epi. et cf. — Augberti epi. et cf. com. — (8) Oct. omnium sanctorum — (10) Martini pp. et mr. — (13) Briccij epi. et cf. IX. — (14) Translacio s. pauli primi heremite duplex. — (16) Othmari abb. et cf. IX. — (17) Aniani epi. et cf. IX. — (18) Oct. s. Martini epi. IX. — (19) Elizabeth regine et vidue. d. — (21) Columbani abb. et cf. — (Alia manu:) Presentacio s. Marie virg. d. — (25) Catherine v. et mr. d.

Dec. (4) Barbare v. et mr. IX. — (6) Nicolai epi. et cf. d. — (8) Concepcio b. (Marie.) d. — (13) Othilie v. com. — (15) Maximi epi. et cf. — (17) Lazari epi. et cf. com. — Marthe v. com. — (18) Graciani epi. et cf. IX. — (29) Thome epi. et mr. IX.

20. MISSALE O. S. AUGUSTINI DIOECESIS PATAVIENSIS AUSTRIACAE (SAEC. XIV.).

(*Academia Scientiarum lat. cod. 4-o 27.*)

Membranaceum — ff 328+7+10+10 — 26.5×16 cm. — saec. XIV. ex. — scriptura Gothica una columna — f. 2—309: prima manus; f. 309—310. 314—316'. 317'—318': secunda manus; f. 310'—314: tertia manus; f. 316'—317': quarta manus; f. 319—319': quinta manus; f. 320—325: sexta manus; f. 325'. f. 327—327': septima manus; f. 326: octava manus; f. 326': nona manus, — compactum assibus corio fusco tectis, munitum lamellis angularibus et umbilico aereis (s. XV.) — notae musicae 4 linearum — initiales simplices rubrae et caeruleae, depictae et deauratae, imago Canonis.

POSSESSOR: In tegumento anteriore legitur: „*Ex libris Ladisl. Com(itis) a Kollonitz Epis. M(agni) Varad(inensis)*“ cum scuto eius gentilitio. Praesul dictus (1736—1817) prius episcopus Transsylvaniae, dein Magno-Varadinensis, demum archiepiscopus Colocensis erat; permultos libros pretiosos et codices comparavit sibi, qui in bibliotheca Archiepiscopali Colocensi adhuc supersunt; suspicor etiam hunc codicem e praedicta bibliotheca devenisse ad bibliophilum Gustavum Emich iun. (Budapest 1843—1911), a quo codex ad bibliopolam Budapestinensem G. Ranschburg venit, qui eum comiti Francisco Vigyázó vendidit anno 1904: uti in tegumento anteriore legitur: „*Ara 960 korona. Ranschburg 7/6 904. 1400 év körül írva. Emich Gusztáv gyűjteményétől.*“ A comite Vigyázó Academia totam bibliothecam in hereditatem accepit.

PROVENIENTIA: Missale scriptum esse pro ordine S. Augustini, clarum est tum e festis S. Augustini: 4. IX. Octava s. Augustini et 11. X. Translatio s. augustini, tum e denominatione ritus festorum in Calendario. Dioecesim Pataviensem commendant: festum rubro inscriptum Calendario: 7. I. Valentini; item festa: 8. I. Severini, 4. VIII. Translatio Valentini mr.; et 12. X. Maximiliani. Agitur de parte Austriacae usque 1468 ad dioecesim Pataviensem pertinente, quod evincitur e festis rubro connotatis: 13. X. Colomanni mr. Mellicensis et 15. XI. „*Leopoldi pij marchionis bini.*“ — Ecclesiae dedicatio 29. IX. fuit (f. 228').

BIBLIOGRAPHIA: RInd nr. 16.

f. (1—1') non numeratis: „*Missa pro iter agentibus. — Officium de s. Oswaldo rege. — collecta de transfiguratione domini.*“

f. (2—7' non numeratis): **Kalendarium.**

Jan. (2) „Octava s. Stephani. IX. — (3) Oct. S. Johannis. IX. — (4) Oct. s. Innocentium IX. — (7) Valentini mr. — (8) Seuerini epi. IX. — (13) Oct. epiphaniae bini. — (24) Thimothei apli IX.

Febr. (1) Seueri epi III. — Brigide v. a(ntiphona). — (3) Blasii epi. IX. — (6) Dorothee v. et mr. bini. — (9) Appollonie v. — (10) Scolastice v. III. — (24) Mathye apli bini. — (25) Walpurgis v. an.

Mart. (2) Chunegundis v. IX. — (17) Gerdrudis v. IX. — (21) Benedicti abbatis bini. — (27) Ruperti epi. IX. — (31) Sabine v. an.

Apr. (4) Ambrosij epi. bini. — (23) Georgij mr. IX. — (25) Marci ew. bini.

Mai. (4) Floriani mr. IX. — (5) Gothardi epi. an. — (31) Petronelle v. III. I.

Jun. (5) Bonifacij et sociorum eius. IX. — (11) Barnabe apli. IX. — (15) Viti, Modesti et Crescencie mr. IX. — (22) Achacij et sociorum eius IX.

Jul. (1) Octava s. Johannis baptiste IX. — (2) Visitatio s. Marie v. bini. — (4) Udalrici epi. IX. — Translatio s. Martini epi. — (8) Kyliani soc. eius IX. — (9) Translatio s. nicolai epi. IX. — (11) Translatio s. Benedicti bini. — (12)

Margarete v. bini. — (15) Diuisio apostolorum bini. — (17) Alexij cf. — (21) Praxedis v. IX. — (22) Marie Magdalene bini. — (23) Apollinaris mr. IX. — (24) Cristine v. an. — (24) Vigilia. — (25) Christophori mr. — (26) Anne matris marie bini. — (28) Pantaleonis mr. IX.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani mr. bini. — (4) Translacio s. Valentini epi. IX. — (5) Oswaldi regis ant. — (6) Transfiguracio domini (alia manu) — (7) Affre mr. IX. — (9) Romani mr. an. — (20) Bernardi abb. (alia manu). — (22) Oct. s. Marie v. — (23) Vigilia.

Sept. (1) Egidij abbatix IX. — (4) Oct. s. Augustini IX. — (6) Magni cf. an. — (8) Corbiniani mr. a. — (15) Oct. s. Marie bini. — (17) Lamberti epi. IX. — (22) Mauricij et sociorum IX. — (23). Tecele v. Quadragesima assumptionis s. marie. — (24) Translacio s. ruperti epi. IX. — Anniuersarium marchionis. — (26) Translacio s. virgilij IX. — (29) dedicacio ecclesie.

Oct. (1) Remigij, Germani, Vedasti ep. IX. — (2) Leodegarij epi. et mr. an. — (4) Marci et marciniani mr. ant. — (9) Dionisij et soc. eius IX. — (10) Gereonis et sociorum eius III. — (11) Translacio s. Augustini bini. — (12) Maximiliani epi. IX. — (13) Colomanni mr. IX. — (16) Galli abb. IX. — (21) Undecim milium uirginum bini. — (22) Seueri epi. — (23) Seuerini epi. IX. — (26) Crispini et Crispiniani mr. III. — (31) Quintini mr. — Wolfgangi epi.

Nov. (1) Omnium sanctorum bini. — (6) Leonardi abb. IX. — (7) Willibrordi epi. IX. — (8) Oct. omnium sanctorum. — (13) Briccij epi. IX. — (15) Leopoldi pij marchionis bini. — (16) Othmari abb. IX. — (18) Oct. s. martini III. — (19) Elizabeth vidue bini. — (21) presentacio Marie v. (alia manu) — (25) Katherine v. bini. — (27) Virgilij epi. IX.

Dec. (4) Barbare v. bini. — (6) Nicolai epi. bini. — (8) Concepcio Marie v. bini. — (29) Thome mr. canturiensis epi.“

f. 1—144': „*In aduentu domini. Dominica prima officium.*“ = **Proprium de tempore** usque ad Dom. XXV. post Pentecosten. — f. 85': „*Dominica in palmis*“ tantum missa. — f. 97—102: „*feria quarta*“ (maioris hebdomadae), postea statim: f. 102: „*In die sancto Paschatis.*“ — f. 122: „*In die sancto Trinitatis.*“ — f. 123: „*In die corporis Christi.*“

f. (1—10') non numeratae post f. 144 et f. 145—146': „*Prefacio cotidiana ferialiter*“ = Praefationes cum notis musicis.

f. 147—148': „*Incipiunt Prephaciones et primo de Natiuitate domini.*“ = praefationes sine notis musicis.

f. 149—149': Gloria. — Gloria B. M. V. — „*Symbolum.*“ (Credo.)

f. 150—150': „*Incipit benedictio vini.*“

f. (1—10') non numeratis post f. 150: **Ordo missae.** — f. (1—1'): „*Sacerdos post offertorium faciens crucem super calicem preparatum dicat . . .*“ = **Offertorium.** — f. (1—2): Gloria cum notis musicis. — f. (2'): Imago Canonis depicta. — f. (3—10'): Canon. — f. (7—10): Orationes privatae sacerdotis longissimae ad communionem: „*Domine non sum dignus . . .*“ (1) „*Sana me domine et sanabor . . .*“ — (2) „*Salue rex fabricator mundi . . .*“ — (3) „*Cor + pus d. n. J. Ch. sit michi remedium sempiternum in uitam eternam. amen.*“ — (4) „*Verbum caro factum est . . .*“ — (5) „*O vera digna hostia . . .*“ — (6) „*Quid retribuam domine . . .*“ — (7) „*Sanguis d. n. J. Ch-i prosit michi remedium sempiternum in vitam eternam. amen.*“ — (8) „*Corpus tuum d. J. Ch.-e quod ego indignus . . .*“ — (9) „*Gracias tibi ago d. d. meus . . .*“ — (10) „*Mel et lac ex ore eius . . .*“ (11) „*Lutum fecit ex sputo dominus . . .*“

f. 151—243: „*Incipit ordo de sanctis per circulum anni et primo de s. thoma canturiense episcopo.*“ = **Proprium sanctorum.**

f. 157: **In purificatione B. M. V. tantum** „*Officium ad summam missam.*“

f. 220': „*Exaltatio sancte cruci officium misse prioris post primam canitur in ara beate marie virginis de beata virgine sicut in die . . . Et post terciam cantatur de sancta cruce in ara sancte crucis.*“

f. 225': „*Sequenti die post mauricij agitur quadragessima dies assumptionis sancte marie et cantatur festiualiter per omnia sicut in die sancto.*“

f. 228'—231: (Inter missam s. Michaelis et Hieronimi). „*In dedicacione ecclesie.*“

f. 243—279: „*Incepit (!) ordo officiorum de sanctis per circulum anni in vigilia vnius apostoli.*“ **Commune sanctorum.**

f. 279—284: „*Sequitur de beata virgine per circulum anni.*“

f. 284—291': „*Sequitur officium mortuorum.*“

f. 291'—303: „*feria secunda de sapiencia.*“ **Missae votivae, omnes:** „*Fer. III. de angelis — V. de caritate — VI. de sancta cruce — sabb. de s. maria. — de omnibus sanctis — pro vniuersis ordinibus — pro infirmis — pro peccatis — pro pluuia — pro serenitate — pro pace ecclesie — contra fulgura et tempestates — pro tribulacione — pro viuis et defunctis — missa generalis.*“

f. 303': vacat.

f. 304—309: **Supplementa varia, scripta per primam manum** (lectiones feriarum IV. et VI. et sabbatorum; item sequentiae).

f. 309—327': **Supplementa scripta per manus II—IX.** Missae, sequentiae; inter cetera: f. 322'—323: „*Festum nuius Marie virg.*“ — f. 323: „*De septem gaudijs Marie virg.*“ — f. 323: „*De compassione bte Marie virg.*“ Tres orationes; collecta: „*O. clementissime d. qui gloriosissimam Virginem Mariam matrem tuam tuo sanctissimo sanguine perfudisti . . .*“ — f. 323': „*In transfiguratione domini.*“ — f. 325': „*Contra pestilenciam.*“ — f. 326': „*Ad poscenda suffragia sanctorum*“ (A cunctis). — f. 327—327': Tres orationes — ad S. Margaretam pro partu felici; cf. Franz, Bened. I, 193, qui eas — cum textu nostro verbatim concordantes — e Missali impresso Pataviensi 1522 publicavit. — f. 327': „*Contra turcos siue paganos*“ (3 orationes).

21. MISSALE ITINERANTIUM PATAVIENSE (SAEC. XIV.).

(*Bibl. O. F. Min. Sabariensis nr. 6267.*)

Membranaceum — ff 115 — 11.7 × 8.6 cm. — saec. XIV. — scriptura Gothica, unica columna — f. 1—2' et reliqua libri: prima manus; f. 3—3': secunda manus; f. 10 b—10 b': tertia manus; f. 74—77' (insiticia): quarta (f. 74—75), quinta (f. 76—77) et sexta manus (f. 77') — compactum charta grossa (s. XVIII.) — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae.

POSSESSOR: Olim bibl. provincialatus O. F. Min. Hungariae B. Mariae V. Posonii, ubi codicem hunc 1878 J. Csontosii invenit.

PROVENIENTIA: Kalendarium commendat dioecesim Pataviensem (Passau), quia patronorum dioecesanorum S. Valentini et Maximiliani festa rubro connotantur (7. Jan. et 12. Oct.), quod confirmatur festo dioecetano S. Severini 5. Jan., item translatione s. Valentini 4. Aug. — Character scripturae magis saec. XIV. ostendit; absentia festi Corporis Christi e libello originali primam partem saeculi huius commendare videtur.

BIBLIOGRAPHIA: J. Csontosii, A pozsonyi sz. ferencrendiek tartományi könyvtárának kódexei, MKSz 1878, p. 52. nr. 15. — RInd nr. 225.

- f. 1—2: „*Hec sunt officia que hic continentur.*“ — f. 2': vacat.
 f. 3—3': Missa votiva B. Mariae V.
 f. 4—6': **Kalendarium.** — V. cum alio missali Pataviensi collatum p. 159.
 f. 7—7': vacant.
 f. 8—9': „*Exorcismus salis et aque.*“
 f. 9'—10': Praefatio cottidiana.
 f. 10 b—10 b': Credo, Gloria.
 f. 11—20: „*In aduentu domini*“ = **Proprium de tempore:** Dom. I. Advent. vig. Nativitatis, 3 festa, Nativitatis, circumcisio, epiphania, Septuagesima.
 f. 20—73': „*Agnētis v. et mr.*“ = **Proprium sanctorum** a 21. Jan. usque 21. Dec. Aliqua de temporali inserta sunt: Dominicae passionis et palmarum, octava resurrectionis et ascensio.
 f. 74—77': (insiticia) f. 74—75: „*Barbare ug.*“ — „*De conceptione bte marie.*“
 f. 75': vacat. — f. 76—77: „*De corpore xpi.*“ — f. 77': Offertorium.
 f. 78—80': Canon.
 f. 81—91: Supplementa. — f. 81—83': „*De sca trinitate.* — *De spiritu sancto.* — *De sancta cruce.*“ — f. 83'—86: „*De bta uirgine.*“ — f. 86—88: „*Missa in natiuitate domini.*“ (missa III.) — f. 88—89': „*In pascha.*“ — f. 89'—91: „*Missa de angelis.* — *Pro peccatis.*“
 f. 91—98': „*In natali aplorum.*“ = **Commune sanctorum.**
 f. 98'—99: „*Undecim milium virginum.*“
 f. 99—115': „*Missa pro familiaribus.*“ = Missae votivae, interdum tantum orationes. „*Pro pace — pro tribulacione — pro cottidianis negligentis — pro pluuiā — pro serenitate — pro directis in uia — pro infirmo — contra malas cogitaciones — pro apostolico — pro episcopis et abbatibus — pro amico — pro salute uiuorum — propria sacerdotis — pro continencia — contra temptaciones — pro tribulacione — pro gracia lacrimarum — pro humilitate — pro defunctis — epistole pro defunctis.*“

22. MISSALE SPALATENSE CUM KALENDARIO O. PRAED. SAEC. XIV.

(*Mus. Nat. c. l. m. ae. 334.*)

Membranaceum — ff 206 — 23.7 × 17.7 cm. — saec. XIV. — scriptura Gothica typi Italici, una columna exarata — f. 1—4'. 23—168: prima manus; f. 5—10': secunda manus; f. 11—22'. 169—191: tertia manus; f. 168': quarta manus; f. 191—191': quinta manus; f. 193—200': sexta manus; f. 201—202': septima manus; f. 203—204: octava manus; f. 204'—206': nona manus — compactum assibus corio fusco tectis (s. XV.) — notae musicae 4 linearum — initiales rubrae et caeruleae et calamo ornatae, 2 ornamentales.

POSSESSOR: Codex anno 1890 adhuc in insula Cursola (Dalmatia) erat; F. Radić ibi vidit eum. Anno 1893 a Lud. Rosenthal, bibliopola Monacensi Musæum Nationale comparavit libellum, uti tegumento anteriore legitur: „*Ludvig Rosenthal müncheni antiquariustól 300 márkáért vétetett. 1893. II/1.*“

SCRIPTOR: Corpus missalis „prima manus“ exaravit, e presbyteris saecularibus Spalatensis ecclesiae; Kalendarium aliquis frater O. Praedicatorum adiecit („secunda manus“) et quidem monasterii Spalatensis; aliae septem manus supplementis auxerunt codicem, Croata quidam („manus sexta“) adiecit primum monumentum linguae Croaticae litteris Latinis scriptum; septima manus iam in dioecesi Jaderensi (Zara)

scribens, missam Simeonis Justi ibi sepulti adiunxit; „nona manus“ prodit nomen suum f. 206': „*Qui scripsit scribat semper cum domino uiuat et iuuat nobis ursinus in nomine felix.*“

PROVENIENTIA: Corpus codicis (f. 1—4'. 23—168), opus „primae manus“ pro presbyteris saecularibus dioecesis Spalatensis scriptum est, uti videri potest e f. 73: „*In festo sci dompnij pontificis et martiris*“; S. Domnius primus episcopus Salonitanus erat¹ alibi minime, sed multum in hac dioecesi veneratus. Quod confirmatur bina oratione ad benedictionem navis (f. 162—163.) Corpus codicis non est pro fratribus O. Praed. scriptum, nam ordo missae non est sec. usum eorum et nec festum S. Dominici inuenitur in eo. Verisimiliter inter 1327—1357 originem suum duxisse elucet ex eo, quod Sanctorum Patronorum Hungariae mentio nulla habetur: hoc tempore enim Dalmatia Venetiis subiacebat. Post 1357 missale in usum fratrum Praedicatorum deuentum esse concluditur ex eo, quod „manus secunda“ Kalendarium adiecit, quod primo intuitu prodit fratres Praedicatores; hoc post 1357 evenisse, ostenditur e Sanctis patronis Regni Hungariae, nam post hoc tempus Ludovicus Magnus Rex Hungariae Dalmatiam iterum regno suo adiunxit: 27. VI. „*Ladizlai regis Vngarie duplex*“, 20. VIII. „*Bernardi abbatis. Sci regis Stephani.*“ 5. XI. „*Henrici confessoris.*“ 19. XI. „*Elisabeth filie regis Andree Vngarie.*“ Non multo post hoc tempus scriptum esse libellum, certum haberi potest, nam festa sanctorum capitulo generali Pampelona anno 1355 celebrato praescripta adhuc non leguntur in codice.² Fratres Praedicatores in civitate Spalatensi utebantur Missali, nam S. Domnius etiam in Kalendario inuenitur; insuper hoc videtur commendari inscriptione colore rubro notata f. 9': „*Consecratio ecclesie sci Gregorij*“ die 9. X. B. Gregorius sec. traditionem monasterium Praedicatorum Spalatense fundavit.³ — Manus variae supplementa adhuc in hac civitate scripserunt, quod demonstratur f. 201: „*Missa in honore beati Honofrij confessoris*“, qui fuit episcopus Salonitanus.⁴ — Manus vero septima (f. 203—204') describens „*missam sancti Symeonis iusti*“ iam verisimiliter Jaderae (Zara) utebatur libro nostro.

BIBLIOGRAPHIA: Fr. Radić, Glasnik zemaljskog muzeja u Bosni i Hercegovini 1890, 254. — Melich János, *Misekönyv a XIV. századból*, MKSz 1903, 36—64. — Hoffmann p. 69 s. — BCat 293. — Radó Polikárp, Nagy Lajos dalmáciai uralmának emléke egy spalatoi kódexben, MKSz 1942, 1—10.

f. 1: Fragmentum evangelii vigiliae S. Joannis Baptistae (Lc 1, 8—17.)

f. 1'—2: Gloria, Credo.

f. 2': „*Credo in unum deum dicitur omnibus diebus dominicis . . .*“

f. 3—4': „*Dominica prima in aduentu domini.*“

f. 5—10': Kalendarium.

Jan. (2) „*Oct. s. Stephani. III l(ectionum).*“ — (3) Oct. S. Johannis III 1. — (4) Oct. S. Innocentium III 1. — (10) Pauli primi heremite mem(oria). — (13) Oct. epiphaniae simpl. — Hilarii et Remigii ep. mem. — (15) Mauri abb. III 1. — (17) Antonii abb. III 1. — (27) Juliani epi. et cf. mem.

Febr. (1) Ignatii epi. III 1. — (3) Blasii epi. et mr. III 1. — (4) Anniuersarium patrum et matrum. — (5) Simon iusti (alia manu.) — Agnetis v. et mr. simpl. — (6) Vedasti et Amandi epi. mem. — (10) Scolastice v. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli.

¹ D. Farlatus, *Illyricum sacrum*, I. Venetiis 1751, 409.

² B. M. Reichert, *Monumenta Ord. Praedicatorum historica*, tom. III. vol. II. Romae 1899, 364—365 praescribebatur festum S. Adalberti, Procopii abbatis et decernebatur: „*In capitulo de suffragiis, ubi dicitur: anniuersarium vero fratrum, addatur: et sororum ordinis nostri et ponatur in kalendario.*“

³ D. Farlatus o. cit. III, 271.

⁴ D. Farlatus, o. cit. I, 592 s.

Mart. (1) Albini epi. et mr. mem. — (21) Benedicti abb. simpl.

Apr. (4) Ambrosii epi. et cf. dupl. — (24) Georgii mr. simpl. — (25) Marci ev. dupl. — (29) Petri mr. de ordine predicatorum t(otum) d(uplex).

Mai. (5) Festum corone domini simpl. — (7) Dompnij mr. — (8) Inuencio Michaelis archangeli. — (19) Potenciane v. mem. — (20) Bernardini cf. (alia manu.) — (24) Translacio b. Dominici t. d. — (31) Petronille v. mem.

Jun. (8) Medardi epi. et cf. mem. — (11) Barnabe apli. dupl. — (13) Anthonii cf. III 1. — (15) Viti et Modesti mr. mem. — (16) Cilici et Julitte mr. mem. — (27) Ladizlai regis Vngarie dupl.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt. simpl. — (2) Visitacio b. marie uirginis Elizabeth (alia manu). — (7) Anniuersarium omnium sepultorum in cimiteriis nostris. — (13) Margarete v. (alia manu.) — (17) Alexii cf. III 1. — (20) Helie prophete simpl. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene dupl. — (23) Apollinaris epi. et mr. — (24) Cristine v. III 1. — (25) Cristofori et Cucufate mem. — (26) Sce Anne matris genitricis dei dupl. — (27) Marthe v. III 1. — (28) Nazarii, Celsi et Pantaleonis III 1. — (31) Germani epi. et cf. III 1.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani protomr. simpl. — (5) S. Dominici cf. t. d. — (6) Transfiguracio domini.* — (20) Bernardi abbatis. Sci regis Stephani. — (23) Vigilia. — (25) Lodouici cf. regis francorum simpl.

Sept. (1) Egidii abb. mem. — (4) Marcelli mr. — (15) Oct. s. Marie. — (17) Lamberti epi. et mr. mem. — (22) Mauricii et soc. simpl. — (28) Wencezlai III. 1.

Oct. (1) Remigii III 1. — (2) Leodegarii epi. et cf. mem. — (4) Francisci cf. simpl. — (7) Marcellini et soc. eius mem. — (9) Dionisij et sociorum eius. — Consecratio ecclesie sci Gregorii simpl. — (10) Anniuersarium omnium fratrum ordinis nostri. — (13) Eduardi cf. III 1. — (21) Undecim mill. uirginum III 1. — (25) Crispini et Crispiniani mem. — (31) Quintini mr. mem.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum t. d. — (2) Commemoratio omnium fidelium defunctorum. — (5) Henrici cf. simpl. — (13) Briccij epi. mem. — (18) Oct. S. Martini simpl. — (19) Elisabeth filie regis Andree Vngarie t. d. — (25) Katherine v. et mr. dupl. — (27) Agricole et Vitalis mr. mem.

Dec. (6) Nicolai epi. et cf. dupl. — (7) Oct. S. Andree mem. — (20) Vigilia. — (29) Thome epi. et mr. simpl.

f. 11—22': Dom. II—IV. Adventus et feriae quatuor temporum.

f. 23—50: „*In festo sci andree.*“ **Proprium de tempore et de sanctis;** tantum festa principaliora habent missam, dominicae desunt. Post missam Annuntiatio- nis sequitur:

f. 50'—67: **Ordo missae.** — f. 50'—51: Oratio ante altare: „*Paratus sacerdos intrat ad altare et dicat V. Introibo ad altare dei. R. Ad deum qui glorificat iuuentem meam. Ps. Iudica me deus . . .*“ Deinde thurificatio et euangelium. — f. 51'—53: Offertorium, omnino ut in Missali Romano. — f. 53—61: praefationes cum notis musicis. — f. 61'—67: Canon.

f. 67'—103': „*Dominica resurrectionis domini.*“ **Proprium de tempore et de sanctis.** — f. 73: „*In festo sci dompnij pontificis et mr.*“ — f. 73'—75': „*In ascensione domini.*“ — f. 75'—77': „*Dominica secundum pentecosten.*“ (Pentecostes.) — f. 83'—85': „*In s. helie prophete.*“ — f. 87'—89: „*In transfiguratione domini.*“ — f. 102'—103: „*In sci Grisogoni mr.*“

f. 103'—122': „*Incipit in communi apostolorum.*“ Commune sanctorum. f. 122'—124': „*In anniuersario dedicacionis ecclesie.*“

f. 124'—148: „*In honore sanctorum quorum corpora habentur.*“ = Missae votivae. — f. 125: „*In honore angelorum.*“ — f. 125—125': „*In honore aplorum*

Petri et Pauli. — f. 137—140: „*In commemoracione B. Marie V.*“ — f. 140—146: „*In agenda mortuorum.*“ — f. 146—148: „*Missa pro peccatis.*“

f. 148—168: *Supplementa varia per manum primam addita.* — f. 148—156': „*Dominica in palmis.*“ Passio cum glossis Croaticis, cf. Melich 41—49. — f. 156'—159': „*In cena domini.*“ — f. 160: „*Benediccion anulii.*“ — f. 160'—161': „*Incipit missa*“ (nubentium). — f. 161': „*Benediccion panis et vini.*“ — f. 161'—162: „*Benediccion carnum in pascha.*“ — f. 162: „*Benediccion domus.*“ — f. 162—163: „*Benediccion navis. Alia oratio.*“ — f. 163—165: „*Exorcismus salis et aque.*“ — f. 165: „*In translacione cuiuslibet sancti oratio.*“ — f. 165'—167: „*Missa de corpore d. n. J. Ch.*“ — f. 167—168: „*In festo sce Elene.*“

f. 168'—206': *Supplementa variarum manuum.*

f. 168': „*Missa de sancto Ladislao rege Hungarie.*“

f. 169—189': „*Passio domini.*“ (sec. Mc. Lc. Jo.) — f. 188: „*Introitus misse de passione ihesu christi.*“ — f. 189'—191: „*De spinea corona domini officium.*“

f. 191—191': „*Missa pro rege . . . regni ungarie protector . . . da famulo tuo lodouico regi nostro*“ (Ludovicus Magnus † 1382).

f. 192: Gloria. — f. 192': „*Iste sunt misse XL vna quas celebravit beatus gregorius . . .*“ — „*Hec sunt nomina 12 apostolorum . . .*“

f. 193—200': *Benedictio aquae*, Croaticae exarata; textum cf. Melich 49—60.

f. 201—202': „*Missa in honore beati Honofrij confessoris.*“

f. 203—204': „*Missa sancti Symeonis justi.*“

f. f. 205—206': *Kyrie et Gloria cum notis musicis.*

23. MISSALE ECCLESIAE SOPRONIENSIS EX ANNO 1363.

(*Mus. Nationale c. l. m. ae. 91.*)

Membranaceum — ff 176 — 32.3 × 23.1 cm. — a. D. 1363 (f. 174') — scriptura Gothica, binis columnis — f. 1—24': prima manus; f. 25—174': secunda manus; f. 175—176': variae manus — compactum charta grossa (s. XVIII.) — litterae initiales rubrae; imago Canonis calamo delineata; locus initialium pluries vacuus remansit.

POSSESSOR: f. 2: conspicietur sigillum ecclesiae confessionis Evangelicae Soproniensis (s. XVIII.): „*E(cclesiae) A(ugustanae) B(ibliotheca)*“, quod in multis libris nunc in Lycaeo Evangelico Soproniensi asservatis videri potest. Saeculo elapso Musaeum Nationale acquisivit codicem.

SCRIPTOR: Hoc colophonium adiecit f. 174': „*Explicit liber domni stephani dicti Golsonis de suppronio Anno Domini M-o C-o C-o C-o LX-o III-o. Finitus est iste liber feria sexta post festum Margarete virginis.*“ Titulus „*domnus*“ certo ostendit, agi de sacerdote; non clare liquet, num scriptor, vel codicis ordinator fuerit Stephanus Golso.

PROVENIENTIA: Factum possessionis per ecclesiam Evangelicam Soproniensem, confirmatum per colophonium codicis, demonstrat Missale hoc pro ecclesia Soproniensi concinnatum esse. Lutherani Sopronienses codicem cum multis aliis libris medii aevi ex ecclesia S. Michaelis, vel S. Georgii, vel alia ecclesia possederunt, nam has ecclesias saeculis XVI—XVII. ad tempus usurpabant. Ecclesiam Hungaricam revera ostendunt festa: 24. Feb. Gerhardi mr. — 20. Aug. Stephani regis — 2. Sept. et 5. Nov. s. Emerici ducis.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 805. nr. 4. — Dankó, Új MSion 1871, 89. 177; 1872, 88. 94. 167. — VH 97—98. nr. 28. — Hoffmann 83. — Házi Jenő, Sopron középkori egyháztörténete (Győregyházmegeye multjából IV, 1), Sopron 1939, 328—333. — Radó Polikárp, Sopron város kéziratosa misekönyve: a Golso-kódex, MKSz 1940, 226—235. — BCat 83—84. — RInd nr. 22.

f. 1—1': Ordo ad faciendam aquam benedictam. — Orationes (manu cursiva).
f. 2—7': **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. S. Stephani prothomartiris. — (3) Oct. S. Johannis. — (4) Oct. S. Innocentium. — (7) Valentini epi. — (8) Erhardi mr. — (9) Juliani mr. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Felicis et Feliciani mr. — (12) Johannis pp. — (15) Mauri abb. — (17) Antonii mon. — (24) Thymothei apli. — (26) Policarpi mr. — (27) Johannis Crisostomi. — (29) Valerii epi. — (30) Aldegundis v. — (31) Saturnini mr.

Febr. (3) Blasii epi. — (4) Eulalie v. — (6) Dorothee v. — (7) Auguli epi. — (8) Dyonisii et Emiliani. — (9) Lamberti epi. — Apollonie v. et mr. — (10) Scolastice v. — (11) Simplicii epi. — (13) Stephani epi. — (15) Faustini et Jovite mr. — (17) Polochromi epi. — (18) Simonis epi. — (19) Gabini prsb. — (21) Hilarii epi. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli. — Gerhardi epi. et mr. — (25) Victoris mr. — (26) Nestoris epi. — (27) Alexandri. — Felicis cum sociis suis. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Gutberti epi. — (2) Lucii epi. — (3) Chunegunde v. — (5) Adriani mr. — Foce mr. — (7) Cypriani epi. — (8) Felicis cf. — (10) Gorgonii mr. — (12) Julii epi. — (13) Rome: LXVII mr. — (15) Longini mr. — (17) Gerdrudis v. — (18) Alexandri epi. — (19) Theodori mr. — (21) Benedicti abb. — (22) Pauli epi. — (23) Felicis epi. — (27) Ruperti epi. — Resurreccio domini. — (28) Alexandri mr. — (29) Eustathii cum sociis suis. — (30) Eulalie v. — (31) Felicis mr.

Apr. (1) Quinciani mr. — (2) Quatuor coronatorum. — (4) Ambrosii epi. — (7) Celestini pp. — (8) Perpetui epi. — (9) Marie egiptiace. — (10) Apollonii mr. — (12) Juliani epi. — (16) Calixti mr. — (17) Petri diaconi. — (18) Eleuterii epi. — (19) Hermogenis mr. — (24) Georgii mr. — (Adalberti collecta: f. 114.) — (25) Marci ewg. — Letania mayor. — (26) Anacleti pp. — (27) Anastasii pp. — (30) Quintini epi.

Mai. (2) Symonis epi. — (4) Floriani mr. — (5) Gotthardi cf. — (7) Juvenalis cf. — (8) Michaelis archangeli (f. 116: In invencione S. M.). — (9) Gregorii epi. — (11) Cyriaci epi. — (13) Seruacii epi. — (14) Bonifacii epi. — (15) Ysodori (!) mr. — (16) Peregrini epi. — (18) Marcii pp. — (19) Potenciane. — (20) Basilice (!) v. — (21) Helene regine. — (24) Vincencii et Donati mr. — (26) Bede presb. — Augustini epi. — (27) Germani epi. — (28) Johannis pp. — (29) Maximini epi. — (30) Canci, Canciani et Cancianille mr. — (31) Petronelle v.

Jun. (3) Erasmi epi. mr. — (4) Quirini epi. — (5) Bonifacii. — (6) Philippi dyaconi. — (7) Pauli epi. — (8) Medardi epi. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonii cf. — (14) Ruffini mr. — (15) Viti, Modesti. — (16) Aurei et Justine v. — (20) Feliciani mr. — (21) Albani mr. — (22) Achacii cum sociis suis. — (25) Gallicani mr. — (27) (Alia manu cursiva) Ladizlai regis Ungarie in Zolnpruch.

Jul. (1) Oct. s. Johannis Bapt. — (3) Transl. s. Thome apli. — (4) Udalrici cf. — (6) Ruffine et Secunde v. (f. 123') — (8) Kyliani et soc. eius. — (11) Transl. Benedicti abbatis. — (12) Felicis mr. (f. 124: Naboris et Felicis.) — (13) Margarete v. — (15) Divisio aplorum. — (16) Hylarini mr. — (17) Alexii cf. — (18) Arnolphi cf. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris mr. — (24) Cristine v. — Vigilia. (25) Cristofori mr. — (26) Anne matris Marie. — (27) Symeonis monachi. — Marthe (f. 126). — (28) Pantaleonis. — (31) Germani epi.

Aug. (3) Invenio s. Stephani. — (4) Justini epi. et mr. — (5) Dominici cf. — Osvaldi regis (f. 127'). — (7) Alia manu: Affre. — (9) Romani mr. — (12) Clare v. — (16) Arnolphi epi. — (20) Stephani regis Ungarie. — (25) Genesisii epi. — (31) Paulini epi.

Sept. — (1) Egidii abb. — (2) Translacio s. Emerici ducis. — Duodecim fratrum (f. 132). — (3) Marcelli epi. et mr. — (4) Quintini mr. — (7) Regine v. — (9) Chunegundis v. — (10) Hylarii epi. — (17) Lamberti epi. et mr. — (19) Januarii epi. — (22) Mauricii cum sociis suis. — (23) Tecele v. — (24) Concepcio Johannis Bapt. — Transl. Ruperti. — (25) Firmini epi. et mr. — (28) Wencezlay ducis.

Oct. — (1) Remigii. — (2) Leodegarii. — (4) Francisci cf. — (9) Dyonisi, Rustici et Eleutherii mr. — (10) Gereonis cum sociis suis. — (12) Cypriani et Felicis mr. — (13) Columbani (!) mr. — (16) Galli abbatis. — (19) Ianuarii cum sociis suis. — (20) Quintini mr. — (21) XI. milium virg. — (22) Seueri epi. — (23) Seuerini epi. — (25) Crispini et Crispiniani — (26) Demetrii mr. — (31) Vigilia.

Nov. (1) Festum omnium sanctorum. — (2) Eustachii cum sociis. — (3) Pirminii epi. — (4) Amancii epi. — (5) Henrici epi. (!) — (7) Felicis mr. — Leonharde (!) — (13) Briccij epi. — (14) Clementini mr. — (16) Othmari abb. — (17) Thecle v. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elizabeth vidue. — (21) Columbani abb. — (25) Katherina v. nobilis.

Dec. (1) Candide v. — (3) Lucii cf. — (4) Barbare v. et mr. (f. 107 alia manu). — (6) Nicolay epi. — (8) Conceptio s. Marie v. — (10) Pauli epi. — (12) Hermogenis mr. — (14) Drusi. — (15) Valeriani epi. — (16) Maximiani epi. — (20) Vigilia. — (22) Gregorii epi. — Sanctorum XXX martirum. — (24) Vigilia vigilie. — (29) Thome mr. et archiepisc. Canturiensis. — (29) David regis.

f. 7': „*Tempore paschatis*“: versus alleluaticus.

f. 8: Ordo ad faciendum aquam benedictam.

f. 8': vacat.

f. 9—12': Ordo missae.

f. 9—10: Praefationes. — f. 10': Imago calamo delineata crucifixionis. —

Oratio ad SS. Trinitatem. — f. 11—12': Canon. — f. 12': orationes duae ad communionem, sicut in codice Poseniensi „A“, p. 84. — Ibidem inter orationes purificationis: „*Quod ore sumpsimus . . . remedium sempiternum. Lutum fecit dominus ex sputo et linivit oculos meos et abii et laui et uidi et credidi domino. Jam corpus eius corpori meo sociatum est et sanguis eius ornavit genas meas et uerbum caro factum est et habitabit (!) in nobis et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gracia et ueritate.*“

f. 13—101': Proprium de tempore. — Post f. 24 lacuna: desunt ff antiquae numerationis XIII—XLIV (epiphania usque fer. III. post Dom. IV. Quadr.). — Post f. 33 lacuna: desunt ff ant. numerat. LV—LX.; f. 34: passio Palmarum. — f. 45—45': Caena domini, cum rubrica: „*Sanctus et agnus dei canitur sine osculo pacis propter detestabilem salutationem*“, ut patet, Judae Ischariotis. — Post missam: „*Et sacerdos compleat missam cum benedicamus domino. Et postmodum hostias consecratas et calicem preparatum cum vino et aqua sicut decet et una hostia consecrata super patenam posita et cooperta sacerdos cum lucentibus cereis reponat ad locum munitum usque ad paraseven. Et statim debent expoliari altaria. Deinde laentur cum vino et aqua mixta vino et cantatur psalmus Dominus Deus meus. Et sic nudati permaneant usque ad diem sabbati.*“

f. 49: Ad orato crucis in paraseve, sicut in Tab. XXIX, I, excepto: „*Duo presbiteri crucem a sinistro altaris nudis pedibus exportent cantando: Popule meus . . . Et duo pueri respondeant: Ayos . . .*“ — Post missam siccam legitur brevis locatio sepulchri f. 50: „*Deinde expulso populo, crux ponitur ad sepulchrum. Et si placet, cum sacramento bene signato et cantentur responsoria: Recessit pastor. Jerusalem luge. Plange quasi virgo, et psalmus Memento. Deinde*

flectis genibus adorent, dicentes pater noster et credo. Et orationem dicat presbiter: Respice domine, quibus finitis recedant cantantes: Sepulto domino.“

f. 50—54: „*Ordo in sabbato sancto pasce. Secus ignem veniant sacerdotes, ubi ignis facta est et legantur VII psalmi sine gloria patri. Finitis psallmis sequitur benedictio super ignem.*“ (1.) „*Veniat qu. o. D. super hunc incensum . . . maiestatis assistat.*“ — (2.) „*Deus mundi conditor, auctor lucis syderum fabricator . . . peccatorum sarcine diluuntur.*“ — (3.) „*Finita benedictione aspergatur ignis et thurificetur. Et duo pueri incipiant: Inuentor rutili . . .*“ (4.) „*Tunc accedat dyaconus ad altare consecrando cereum et incipiat cantando: Exultent (!) . . .*“ (5.) „*Quo finito senior sacerdos incipit sine tytulo . . .*“ Prophetiae 4: In principio. Factum est in vigilia. Scripsit moyses. Apprehendent. — f. 53—53': „*Perlectis leccionibus preparent se cum processione et fexillis ad consecrandum baptismum. Et duo pueri cantant: Rex sanctorum angelorum . . .*“, dein benedictio fontis. — f. 55: „*Pax domini non dicitur, neque agnus dei cantatur, aut communio, neque pacis osculum accipiant. Communicant autem omnes.*“

f. 55: „*Ad processionem in die sancto usque ad ascensionem domini antiphona: Vidi aquam alleluia. Ant. Cum rex glorie . . . Ympnus. Salue festa dies . . . Ad introitum ecclesie: Sedit angelus ad sepulchrum . . .*“

f. 101'—102: „*In dedicacione ecclesie.*“ — „*In dedicacione altaris.*“

f. 102'—105': „*De corpore Christi. — de S. trinitate. — de sancta cruce. — De sancta Maria. — pro peccatis. — propria sacerdotum. — de XXIIIor senioribus.*“

f. 106—140: „*Incipit de sanctis. In vigilia sancti Andree apostoli.*“ — f. 110: Purificatio B. M. V. sine benedictione candelarum. — f. 120': alia manu in margine: „*de sancto ladizlao.*“ S. Rex etiam in Kalendario defuit; manus folii 120' inseruit festum eius etiam in Kalendario: „*Ladislai regis Vngarie in zolnpruch*“, Bartoniek legit quidem (BCat p. 83) „*zolupnich*“, sed ego putarem textum „*zolnpruch*“ legi debere (Schollenbruch, forsan noviter extirpata terra, ubi capella S. Ladislai aedificabatur?) — f. 130': „*Stephani regis et confessoris.*“ — S. Emericus hic deest, sed in Kalendario legitur, cum fatali errore quidem: f. 7. (5. Nov.): „*Henrici episcopi*“, sed f. 6. (2. Sept.) recte: „*Translacio sancti emericus ducis.*“ — f. 138': „*De sancta Elizabeth.*“

f. 140'—150': „*Commune*“ sanctorum.

f. 150'—161': Missae votivae. — „*Pro congregacione. — Pro pace. — Pro tribulacione. — Pro familia. — Pro amico. — Pro pluvia. — Pro serenitate. — Missa generalis. — Item alia generalis. — Pro gradu ecclesie. — Pro rege. — Pro iter agentibus. — Pro amicis. — Pro amico. — Pro amicis (!) — Pro temptacione. — Contra temptacionem. — Generalis. — Generalis (a cunctis.). — Generalis. — Missa ad repellendas malas cogitaciones. — Pro petitione lacrimarum. — Contra paganos. — Pro confessis. — Contra persecutores et male agentes. — Missa prope sacerdotem. — Pro in mortalitate hominum. — In agendis mortuorum. — Missa in die III-o — VII-o — tricesimo. — Missa in die I-o. III-o. VII-o. tricesimo. — Pro defunctis. — Pro defunctis episcopis et sacerdotibus. — Missa pro defunctis sacerdotibus. — Missa pro uno defuncto. — Missa pro defuncta femina. — Missa pro patre et matre. — Missa pro defunctis fratribus. — Pro his qui in cimiterio requiescunt. — In anniuersario. — Pro recommendatis. — Generalis*“ (bis.).

f. 161'—162': versus alleluatici ad Commune Sanctorum.

f. 162—174': Sequentiae.

f. 174': colophonium. Sequentia, manu alia.

f. 175—176: Supplementa variarum manuum. — f. 175—175': Legenda S. Alexii. — f. 175': Benedictio vini S. Joannis. — f. 176': Missae (s. XV.).

24. MISSALE ECCLESIAE POLONICAE 1379.

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 451.)

Membranaceum — ff 263 — 33.6 × 23 cm. — scriptura Gothica, binis columnis — compactum assibus corio fusco tectis (XV. s.) — notae musicae 5 linearum — initiales rubrae et caeruleae; 7 figurales et 6 ornamentales depictae.

POSSESSOR: f. 256': „Desunt aliquot folia. Ex hoc perantiquo missali descriptis *Calendarium P. Vincentius Blaho ord. Minor. Str(ictioris) Obs(ervantiae) Cassoviae* 1766.“ Post abolitionem huius conventus O. fratrum Minorum Cassoviensis (1786) codex a Civitate Cassoviensi custoditus, dein ad Musaeum Rákócziarium Superioris Hungariae (Cassoviae) pervenit; 1919 vero ad Musaeum Nationale.

PROVENIENTIA: *Kalendarium* clare docet, librum pro ecclesia aliqua Poloniae scriptum esse: 30. Apr. „*Octava s. Adalberti*“, 8. Mai „*Stanislai epi*“ cum prosa propria; 4. Jul. „*Procopij*“, 16. Sept. „*Ludmille mr.*“, 27. „*Stanislai epi.*“, 28. „*Wenceslaj epi. (!)*“, 15. Oct. „*Hedwigis electe*“, 10. Nov. „*Translacio sce Ludmille*“ 12. „*Benedicti cum fratribus.*“ Duo festa S. Stanislai, patroni civitatis Cracoviae, item error, quo S. Wenceslaus princeps „*episcopus*“ declaratur, ostendit Polonicam, et non Bohemicam originem codicis; secus sanctorale horum nationum satis concordare videtur. — Orationes S. Stephani regis in margine f. 206' inscriptae demonstrant, missale hoc in Hungaria usitatum fuisse, et quidem verisimiliter Cassoviae, uti ex adnotatione P. Blaho concludi potest.

ADNOTATIO: f. 3': „*Sub anno M-o CCC-o LXXIX-o currebat C. pro littera renouacionis et computantur hore renouacionis ab aurora. Item nota quod singulis annis variatur littera renouacionis in alfabeto, ab a computando usque ad r.*“ Unde iure putamus, missale ante annum 1379 iam completum fuisse.

BIBLIOGRAPHIA: Rössler Elemér, A kassai múzeum nyilvános könyvtárának czímjegyzéke, Kassa 1904, 540. — 1882 KE nr. 162 et p. 204 s. — Knauz missale hoc 1868 non potuit invenire, cf. MSion 1868, 806, 6. — RInd nr. 101.

f. 1: „*Sabbatis diebus de domina*“ = Gloria B. M. V. — „*De sancto Nicolao*“ tres orationes.

f. 1'—3': „*Oracio sacerdotis*“ (Praeparatio ad missam) 1. „*Summe sacerdos et uere pontifex . . .*“ — 2. „*Item oracio. O. et m. d. ecce accedo ad sacramentum . . . facie contemplari.*“ — 3. „*Item. D. J. Ch-e immensam clemenciam tuam . . . mercar accipere pijssime Ch-e.*“ — 4. „*Post missam oracio. Gracias ago tibi Domine . . . et gaudium sempiternum.*“

f. 4—9': **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. S. Stephani. — (3) Oct. S. Iohannis. — (4) Oct. S. Innocentium. — (7) Isidori. — (8) Juliani mr. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Gregorij epi. et cf. — (12) Iohannis pape et mr. — (15) Mauri abb. — (17) Antonii abb. — (24) Timothei apli. — (26) Policarpi epi. et mr. — (27) Iohannis crisostomi. — (29) Valerij epi. — (30) Aldegunde v. — (31) Saturnini et thasi mr.

Febr. (1) Brigide v. — (3) Blasii. — (4) Eulalie v. — (6) Dorothee v. r — (7) Theosie v. (!) — (8) Pauli epi. et cf. — (9) Alexandri epi. et mr. — (10) Scolastice v. — (11) Desiderij epi. et mr. — (13) Damiani mr. — (15) Magni mr. (17) Donati mr. — (18) Claudij mr. — (19) Juliani mr. — (20) Corone v. — (21) Hilarii epi. — (24) Mathie apli. — (25) Victoris et Victorini. — (26) Felicis cum sociis. — (27) Leonardi epi. et cf. — (28) Romani abb. et cf.

Mart. (1) Donati mr. — (2) Simplicii epi. et mr. — (3) Marini militis et mr. — (4) Translacio s. Wenceslaj. — (5) Ffoce mr. — (6) Victoris et Victorini. — (7) Thome de aquino. — (8) Poncij diaconi et mr. — (9) Gregorij epi. et cf. — (10) Alexandri epi. et mr. — (11) Apud sebasten XL mr. — (13) Macedonij epi.

et mr. — (14) Petri mr. — (15) Lucij epi. et mr. — (16) Ciriaci mr. — (17) Gerdrudis v. — (18) Alexandri epi. et cf. — (19) Joseph nutritoris domini. — (21) Benedicti abb. — (22) Pauli epi. — (23) Albani mr. — (24) Pigmenij epi. et cf. — (26) Castuli mr. — (28) Prisci et Mathei (!) mr. — (29) Quirini mr. — (30) Victoris mr. — (31) Balbine v.

Apr. (1) Theodore v. — (2) Niceti epi. — (3) Pancracij mr. — (4) Ambrosij epi. et cf. — (5) Amphiani mr. — (7) Epiphaniij epi. et mr. — (8) Perpetui epi. et cf. — (9) Marie egipciace. — (11) Philippi cf. — (12) Julij epi. et cf. — (13) Carpi epi. et mr. — (15) Carilj mr. — (16) Aniceti pape et mr. — (17) Capallicij mr. — (18) Eleuterij mr. — (19) Leonis pp. et mr. — (20) Genesii mr. — (21) Symeonis epi. et mr. — (22) Caii mr. — (23) Georgii et Adalberti. — (25) Marci ew. — (27) Anacleti epi. et cf. — (27) Anastasij pp. et mr. — (29) Petri mr. — (30) Quirini epi. — Oct. S. Adalberti.

Mai. (2) Sigismundi regis. — Materni epi. — (4) Floriani mr. — (5) Gothardi epi. et mr. — (7) Juvenalis mr. — (8) Stanislai epi. — Victoris mr. — (9) Translacio s. Nicolai. — (11) Mamerti epi. et mr. — (13) Seruacij mr. — (14) Bonifacij mr. — (15) Sophie uidue cum filijs. — (16) Aquilini et Victorini mr. — (17) Torpetis mr. — (18) Marci pp. et mr. — (19) Potenciane mr. — (20) Basille v. — (21) Helene regine. — (22) Faustini cf. — (23) Supplicij et Seruiliani mr. — (24) Translacio s. Dominici. — (26) Augustini epi. et cf. — (27) Julij epi. et cf. — Bede presb. — (28) Germani cf. — Johannis pp. et mr. — (29) Maximini epi. et cf. — (30) Felicis pp. et mr. — (31) Petronelle v.

Jun. (2) Erasmi mr. — (3) Pergentini et Laurentini mr. — (4) Quirini mr. — (5) Bonifacij et sociorum eius mr. — (6) Vincencij mr. — (7) Celestini et Benigni mr. — (8) Medardi epi. et cf. — (10) Basilidis mr. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonij cf. — (15) Viti et Modesti mr. — (16) Aurei et Justine mr. — (17) Sanctorum CCLXII mr. — (20) Nouati mr. — (21) Albani mr. — (22) Decem milia militum. — (25) Gallicani mr. — (27) VII dormiencium.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt. — (3) Translacio s. Thome apli. — (4) Procopij. Odalrici. — (5) Dominici mr. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani sociorumque eius. — (9) Zenonis et soc. eius. — (11) Translacio s. Benedicti. — (12) Fortunati epi. — (13) Margarete v. — (14) Foce epi. — (15) Diuisio aplorum. — (16) Hilarini mr. — (17) Alexij cf. — (18) Arnulphi. — (19) Arsenij cf. — (20) Sabine v. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris mr. — (24) Cristine v. — (25) Christofori mr. — (26) Anne matris. — Jacincti. — (27) Hermolai presb. et mr. — (28) Pantaleonis mr. — (29) Marthe. — (31) Fabij mr.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani. — (4) Tertulini mr. — (5) Dominici cf. — Oswaldi regis. — (9) Romani mr. — (12) Clare v. — (16) Arnulfi epi. et cf. — (20) Bernhardi cf. — (21) Anastasij mr. — (22) Octaua assumptionis. — (23) Vigilia. — (26) Herenei (!) et Abundi. — (30) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidij cf. — (2) Justini epi. — (4) Marcelli mr. — (5) Victorini mr. — (6) Magni cf. — (7) Regine v. — (10) Kunegundis v. — (12) Siri et Vincencij mr. — (13) Philippi epi. et mr. — (16) Ludmille mr. — (17) Lamberti epi. et mr. — (18) Tyri epi. et mr. — (19) Januarij epi. — (22) Mauricii cum socijs. — (23) Tecele v. — (24) Concepcio Johannis bapt. — (25) Lupi epi. et cf. — (26) Justine v. — (27) Stanislai epi. — (28) Wenceslai epi. (!)

Oct. (1) Remigij et sociorum eius. — (2) Leodegarij epi. et cf. (!) — (3) Dyonisij mr. — (4) Francisci cf. — (6) Fidis v. — (8) Demetriij mr. cum socijs. (9) Dyonisij mr. cum sociis. — (10) Gereonis mr. cum socijs. — (11) Translacio s. Augustini. — (12) Burchardi cf. — (13) Laurencij presb. — (15) Heduigis

electe. — (16) Galli cf. — (17) Neronis cf. — (19) Januarij et soc. eius. — (20) Caprasij mr. — (21) Undecim mil. virginum. — (22) Seueri epi. et cf. — (23) Seuerini epi. et cf. — (24) Felicis pp. et mr. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Amandi epi. et cf. — (29) Narcissi epi. et cf. — (30) Serapionis epi. et cf. — (31) Quintini mr. — Vigilia.

Nov. (1) Dies omnium sanctorum. — (2) Dies omnium animarum. — (3) Eustachij. — (4) Perpetui epi. et cf. — (5) Felicis cf. — (6) Leonardi cf. — Willibrordi epi. — (7) Achillei epi. et cf. — (10) Translacio s. Ludmille. — (12) Benedicti cum fratribus. — (13) Briccij cf. — (14) Serapionis. — (15) Felicis epi. et mr. — (16) Othmari abb. — (17) Amandi epi. et cf. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elizabet electe. — (20) Ponciani epi. et mr. — (21) Columbani epi. (!) et mr. — (25) Katherine v. — (26) Lini pp. et mr. — (27) Vitalis mr. — (28) Philippi epi. et cf.

Dec. (1) Eligij epi. et cf. — (2) Nerei et Seueri mr. — (3) Cassiani mr. — (4) Barbare v. — (5) Nicasij epi. et cf. — Kazarie uirginis* (f. 186') — (6) Nicolai epi. et cf. — (8) Concepcio s. Marie uirg. — (9) Leocadie uirg. — (10) Eulalie v. — (12) Hermogenis mr. — (14) Nicasij. — (15) Valeriani epi. et mr. — (16) Ananie, Azarie, Mizaël. — (17) Ignacij epi. — Lazari epi. — (18) Rufi et Zenonis (!) mr. — (19) Nemesij mr. — (23) Victorie v. — (24) De quinque uulneribus. (!) — (29) Thome epi. et mr. — (30) Sabini epi. et mr.

f. 10—133': „*In aduentu domini.*“ = Proprium de tempore usque sabbatum post Pentecosten.

f. 19: „*Dominica IIII.*“ (Adventus), cum missa: „*Memento nostri domine.*“

f. 20: „*Dominica infra octauam natiuitatis.*“ Ergo folia aliquot exciderunt.

f. 31': (post Dom. V. post epiphaniam): „*Dominica vacans*“, tres orationes.

f. 37': „*In die cinerum ad incipiendum.*“ — (1) „*Adiutorium nostrum . . .*“

(2) „*D. qui non mortem peccatorum . . . consequi mereamur.* — (3) „*Hic imponat cineres hominibus dicens: Memento homo quia cinis es et in cinerem reuerteris.* — (4) „*Hic aspergat populum aqua benedicta.* — (5) „*Exaudi nos domine quoniam benigna est . . .*“ — (6) „*Or. Cc. m. d. presidia milicie xpiane . . .*“ — (7) „*Ant. Immutemur . . . Ant. Juxta uestibulum . . .*“

f. 79'—83': „*Dominica in ramis palmarum.*“ Benedictio ramorum totaliter alia, ac Tab-ae XVIII.

Post f. 100: lacuna; f. 100' desinit in passione sec. Lucam (fer. IV. maioris hebdomadae), f. 101: finis passionis Joannis (parasceve). Dein post f. 102: iterum lacuna, f. 102': orationes solemnes parasceves, f. 103: prophetiae sabbati sancti. Deinde nova lacuna, nam f. 104: legitur missa feriae IV. post pascha.

f. 134—144': Ordo missae incipiens propter lacunam post f. 133: „*In festo pasche prefacio*“; ergo canon minor excidit. Sine notis musicis, tantum „*cottidiana*“. — f. 136—144': Canon; „. . . *pro antistite nostro et pro rege nostro.*“

f. 144'—183': „*De sancta trinitate.*“ Proprium de tempore usque Dom. XXIV. „*post sanctam Trinitatem.*“

f. 183'—185: „*In dedicacione templi.*“

f. 185—208: „*In vigilia sci Andree.*“ Proprium sanctorum usque 29. Nov. (Saturnini.) — f. 192': „*In purificatione sce marie benedictio candelarum*“, dein desunt folia usque 13. Apr. (Euphemiae v.) — f. 193: „*Adalberti. Eodem die georgij.*“ — Dein post missam Marci evangelistae (f. 193') iterum desunt folia usque 11. Jun. (Barnabae). — f. 194'—195: „*Erasmii mr.*“ inter Barnabam et Vitum (11. et 15. Jun.), cum propria sequentia, etsi liber proprium sequentiarum possideat. — Post f. 198 iterum deest folium; f. 198': missa Joannis et

Pauli, f. 199: vigilia Petri et Pauli. — f. 202—202': In margine missa Visitationis Mariae scripta ab alia manu. — Post f. 204': (Praxedis 21. Jul.) desunt folia usque 14. Aug. (Assumptio). — f. 206': in margine ab alia manu scriptum: „*De sancto rege Stephano*“, orationes tres. — Item exciderunt folia post f. 206 (a 22. Aug. — 28. Sept.), post f. 207 (a die 29. Sept. — 29. Nov.)

f. 208—232: „*Incipit commune sanctorum et primo in vigilia vnius apostoli.*“

f. 232—253: „*Secuntur votive misse et primo de sapiencia.*“ Omnes missae votivae hae sunt: „*De caritate — de angelis — de sancto spiritu — pro seipso — contra malas cogitationes — pro peccatis — Item pro peccatis — pro amico — pro familiaribus — pro tribulacione — contra pestilenciam — Item contra pestilenciam — pro infirmo — pro pace — pro iter agentibus — pro pluvia — contra tempestates — pro congregacione — de sanctis — pro concordia — pro humilitate — pro febricitantibus („per sanctos apostolos et martires“)* — *pro confitentibus — pro inimicis — pro tribulacione — pro quacunq[ue] tribulacione — ad petendam pacienciam — communis oracio — pro vivis et defunctis — communis* — (f. 250'—251'): *Hec est missa de V. vlnneribus d. n. J. Ch-i propria — de sancta cruce — tempore paschali de domina et de omnibus sanctis — sabbatinis diebus de domina.*“

f. 253—256': „*Pro defunctis.*“ — Post f. 256 desunt alioq[ue] folia.

f. 256'—263': **Sequentiarium**; in fine iterum exciderunt folia.

In tegumento posteriore: Sequentia: „*Omnes una celebremus . . .*“ — „*Officium de quatuordecim auxiliatoribus.*“

25. MISSALE S. BENEDICTI JUXTA GRONN EX ANNO 1394.

(*Bibl. Dioecisana Agriensis U2. VI. 5.*)

Membranaceum — ff 182 — 29×19 cm. — a. D. 1394. (f. 182) — scriptura Gothica, binis columnis — compactum charta grossa corio albo cooperta (s. XVIII.) — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae; imago Crucifixi (f. 82').

SCRIPTOR: f. 182': „*Explicit liber Missalis per manus Ladizlai de Miskolch. Anno do. Milesimo C. C. C. Nonagesimo. IIII. o.*“

PROVENIENTIA: Missale hoc ecclesiae alicui Hungaricae scriptum esse clarum est e festis: 2. Mai. Translacio s. Elyzabeth — 27. Jun. Ladyzlai regis — 17. Jul. Zorardi et sociorum (!) eius — 20. Aug. Stephani regis — 24. Sept. Gerardi epi. et mr. — 5. Nov. Emrici ducis — in Kalendario; f. 128: „*Gerardi epi.*“ (translatio eius 24. Febr.) et f. 142: „*Eodem die (29. Jul.) Ladizlai regis;*“ f. 148: „*Emrici ducis et confessoris*“ (die 2. Sept.); hoc roborat missa quoque votiva: „*De sanctis stephano Emrico Ladislao*“ (f. 171). Missale hoc pro abbatia O. S. B. scriptum esse probatur octava translationis S. Benedicti (18. Jul); item adnotatione 26. Mai in kalendario: „*Augustini epi. de ordine.*“ Abbatia fuit S. Benedicti iuxta fluvium Gronn, quae reliquiam SS. Sanguinis possedebat, cf. festum 8. Aug., „*Adventus sanguinis xpi.*“

ADNOTATIO: f. 182, manu semicursiva s. XV.: „*Nota quod in anno dni millesimo quadringentesimo tricesimoseptimo feria secunda proxima post festum Concepcionis bte marie virginis gloriose sigismundus Rex hungarie et Romanorum Imperator in Civitate Znoym uitam suam feliciter finiuit temporalem. Et eodem anno albertus dux austriae etc. vnacum coniuge sua dna elizabeth in festo Circumcisionis dni in regem hungariae est coronatus.*“

BIBLIOGRAPHIA: Tudományos Gyűjtemény 1819, V. 24. — Toldy F., Magyar Nemzeti Irodalomtörténet 1862, I. 143. — Csontos MKSz 1879, 45—46. — 1882 KE nr. 10. — VH p. 98. nr. 31. — Varju Elemér, Adatok az egri érsekmegyei könyvtár ismertetéséhez, MKSz 1902, 32—35 p. nr. 2. — Zalán M. in Pannonhalmi Szemle 1928, 195. — Berkovits p. 261—262. — RInd. nr. 2.

f. 1—1': (Ab alia manu) missa visitationis B. M. V.

f. 2—7': **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. S. Stephani prothomr. — (3) Oct. S. Johannis ewang. — (4) Oct. S. Innocentum. — (7) Luciani presbiteri. — (8) Juliani cum sociis suis. — (9) Juliane et balille mr. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Gregorii epi. et cf. — (12) Ciriaci mr. — (13) Hilarii epi. (f. 121'). — (15) Mauri abbatis. — (17) Antonii cf. et abbatis. — (19) Mauri et soc. eius. — (24) Thymothei apli. — (26) Policarpi epi. — (27) Johannis epi. — Juliani epi. (f. 124). — (29) Valerii epi. — (30) Aldegunde v. — (31) Ammonij mr.

Febr. (1) Brigide v. — (3) Blasii epi. et mr. — (4) Victoris mr. — (6) Dorothee v. — (7) Auguli epi. — (8) Pauli epi. — (9) Appollonie v. — (10) Scolastice v. — (11) Desiderij epi. — (12) Juliani mr. — (13) Stephani epi. — (15) Faustini et Faustianiani mr. — (17) Polichromi mr. et pont. — (18) Simonis epi. et mr. — (19) Sabini et Publi. — (20) Gai epi. — (21) Septuaginta mr. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli. — (24) Gerardi epi. (f. 128). — (25) Victoris mr. cum sociis suis. — Walpurgae v. — (26) Nestoris epi. — (27) Alexandri epi. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Leonis pp. — Albini epi. et cf. — (2) Simplicij pp. — (3) Emicerij et Celidonij mr. — (4) Lucij pp. — (5) Quiriaci mr. — Victoris mr. — (8) Phylemonis epi. — (9) XL militum. — (10) Ysici et Quilini. — (11) Alexandri mr. — (13) Macedonij peresb. — (14) Petri mr. — (15) Barchagini mr. et soc. — (16) Ciriaci mr. — (17) Gerdrudis v. — (18) Alexandri epi. — (19) Joseph nutritoris domini. — (20) Gumberti epi. — (21) Benedicti abb. — (22) Pauli epi. — (23) Victoriani mr. — (24) Pigmenij epi. — (26) Leudegerij (!) epi. — (27) Rudberti epi. — (28) Eustachij abb. — (29) Reguli epi. — (30) Balbine v. — (31) Quintini mr.

Apr. (1) Theodore uirginis. — (2) Nichei (!) epi. — (3) Theososie (!) uirginis. — (4) Ambrosi epi. — (5) Marciani et Nycanoris. — (6) Sixti epi. — (7) Clippi epi. — (8) Marie egiptiace. — (9) Septem uirginum. — (10) Ezechielis prophete. — (12) Julii pp. — (15) Helene uirginis (!). — (16) Olimpiadis et Maximi. — (17) Petri dyaconi. — (18) Eleuterij pp. — (19) Sci Thymonis dyaconi. — (20) Victoris pp. — (21) Symeonis epi. — (22) Gajj pp. — (23) Adalberti epi. — (24) Georgij mr. — (25) Marci ew. Letania maior. — (26) Cleti pp. — (27) Agapiti mr. — (29) Petri mr. de ordine predicatorum. — (30) Anyceti pp. et mr.

Mai. (2) Translacio sce Elyzabeth. — (4) Floriani mr. — (5) Gotthardi epi. — (7) Johannis epi. — (8) Aduentus s. Michaelis. — Stanizlai mr. — (9) Gregorij epi. — (11) Gangolfi epi. — (14) Victoris et Corone. — Seruacij. (f. 132). — (15) Ysodoris mr. — (16) Bonifacij epi. et mr. — (17) Torpetis mr. — (18) Marcij pp. — (19) Potenciane v. — (20) Basille v. — (21) Secundani mr. — (22) Helene regine. — (23) Desiderij epi. — (24) Dominici cf. — (25) Transl. s. Francisci. — (26) Augustini epi. de ordine (!). — (27) Julij epi. — (28) Johannis pp. — (29) Maximi epi. — (30) Felicis pp. — (31) Petronelle uirginis.

Jun. — (3) Erasmi epi. — Pergentini et Laurentii. (f. 133'). — (4) Quirini epi. — (5) Bonifacij epi. et mr. — (6) Claudij epi. et mr. — (7) Pauli epi. — (8) Medardi epi. — (10) Basille uirg. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthoni cf. fratrum minorum. — (14) Valerij et rufi mr. — (15) Viti, Modesti et Crescencie mr. — (16) Ciriaci (!) et Julitte mr. — (17) Aiuti presb. — (20) Regine uirg. — (21) Albani mr. — (22) Albani mr. — (23) Decem milia militum. — (25) Gallini (!) mr. — (27) Ladyzlai regis.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt. — (3) Translacio s. Thome ap. — (4) Translacio s. Martini. — Vdalrici cf. — (5) Dominici mr. — (7) Wilibaldi cf. — (8) Kyliani et soc. eius. — Translacio s. nicolai. — (9) Leonis mr. — (11) Translacio

s. benedicti. — (12) Hermagene uirg. — (13) Margarete v. — (14) Focasi (!) epi. — (15) Diuisio apolorum. — (16) Ylarij et soc. eius. — (17) Alexij cf. — Zorardi et sociorum (!) eius. — (18) Oct. s. Benedicti. — (19) Arsenij mr. — (20) Joseph qui dicitur iustus. — Helie prophete. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris mr. — (24) Cristine v. — Vigilia. — (25) Christofori mr. — (26) Anne matris marie. — (27) VII dormiencium. — (28) Pantaleonis mr. — (29) Eodem die sci Iadizlai regis. (f. 142). — (31) Germani epi.

Aug. (3) Inuencio corporis s. Stephani prothomr. — (4) Marie de niue. (f. 142'). — Justini presb. — (5) Dominici cf. — Osvaldi regis et mr. — (6) Transfiguracio domini. — Sixti pp. — (7) Affre mr. — (8) Aduentus sanguinis xpi. — (9) Romani mr. — (12) Clare uirginis — (16) Arnulfi epi. — (20) Stephani regis et cf. — Eodem die Bernhardi (f. 146). — (21) Priuati mr. — (22) Oct. Assumptionis. — (23) Appollinaris mr. — Vigilia. — (25) Genesij mr. — (26) Herendi et Habundi mr. — (30) Paulini epi.

Sept. (1) Egidij abb. — (2) Justini cf. — Emrici ducis et cf. (f. 148). — (3) Seraphie uirginis. — Anthonini mr. (f. 148). — (4) Marcellini (!) pp. — (5) Victoriani mr. — (6) Eleutherij epi. — (7) Regine v. — (10) Hylari pp. — (12) Maximi epi. — (13) Philippi mr. — (15) Oct. s. Marie. — (17) Lamperti epi. — (18) Ianuarij epi. — (19) Eligi epi et mr. — (22) Mauricij et soc. eius. — (23) Teclē v. — (24) Gerardi epi. et mr. — Conc. Johannis Bapt. — (25) Firmi mr. — (26) Cipriani mr. — (28) Wencezlai mr.

Oct. (1) Remegij et Germani. — (2) Leodegarij epi. et mr. — (3) Supplicij epi. — (4) Francisci cf. — (5) Romani epi. — (6) Sanctorum Abraham, Isaac et Jacob prophetarum. — (9) Dyonisi et soc. eius. — (10) Gereonis et soc. eius. — (11) Elburge uirg. — De sco Augustino (f. 152'). — (12) Maxiliani mr. — (13) Colomanni mr. — (15) Aurelie uirg. — (16) Galli abb. — Sigismundi regis. — (17) Moriani mr. — (19) Quadraginta octo mr. — (20) Caprisi (!) mr. — (21) XI mil. uirginum. — (22) Cordule uirg. — (23) Seuerini mr. — (24) Maglorij epi. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Demetriij mr. — (29) Marchisi (!) epi. — (30) Serapionis epi. — (31) Vigilia.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum. — (2) Eustachij et soc. eius. — (3) Germani et soc. eius. — (4) Amandi cf. — (5) Emrici ducis. — (6) Leonardi cf. — Translacio s. Adalberti. — (7) Wilibrordi epi. — (8) Oct. omnium sanctorum. — (10) Martini pp. — (12) Gumberti epi. — (13) Briccij epi. et cf. — (14) Clementis mr. — (15) Mauri cf. — (16) Othmari abb. — (17) Aniani epi. et cf. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elyzabeth regine. — (20) Ponciani mr. — (21) Columbani abb. — (25) Katherine uirg. — (26) Lini pp. — (27) Maximi epi. — (28) Ruffi mr.

Dec. (1) Longini mr. — (2) Faustini mr. — (3) Lucij pp. — (4) Barbare uirg. — (5) Crispine uirg. — (6) Nicolai cf. — (8) Concepcio s. Marie. — (9) Leogadie v. — (10) Eulalie v. — (12) Pauli cf. — (14) Nycasij epi. et cf. — (15) Maximi epi. et cf. — (16) Ananie, Azarie, Misael. — (17) Ignacij mr. — (18) Catiani mr. — (20) Vigilia. — (22) Felis (!) epi. — (23) Victorie mr. — (29) Thome archiepi. — Joseph (aegyptiaci f. 120').

f. 8—78: „*Dominica prima in aduentu*“ = *Proprium de tempore usque sabbatum sanctum*. — f. 8—12': 4 missae Natiuitatis Domini, sicut Tab. V. cum tribus lectionibus. — f. 24': „*In die cinerum*.“ Ritus omnino sicut Tab. XVII. sed loco nr. 9. 10. habetur in codice nostro oratio: „*D. qui non mortem sed penitenciam . . .*“ — f. 54'—56': „*Benedictio ramorum dominica palmarum. Ministri utantur suis indumentis, scilicet dalmatica et subtili usquedum peragatur*

processio, deinde lauentur cruces et vexilla et exeuntibus cantor incipiat: Surgite sancti et cantent, donec ueniant ad locum, ubi benedicendi sunt rami. Ibiq; ramis omnibus ante gradum altaris super mensam decenter ornatam positis statim cantor cum sollempnitate incipiat: R. Circumdederunt me. V. Ne perdas cum impijs deus animam meam. Et cum. Oratio. Visita qu. dne, plebem tuam . . . protegente custodiat.“ Cetera omnino ut in Tab. XVIII. nr. 4—19., sed in codice nostro desunt nr. 11. et 14. 15. — Loco nr. 20—26. Tabellae breuius haec leguntur: „*Cantetur obuiam processioni: Gloria, laus et honor . . . Hys expletis incipiat: R. Ingrediente domino. Ante altare oratio: Via sanctorum omnium . . . paradisi introire.*“ — f. 57—60: In passione sec. Matthaeum rubro adnotantur litterae „c“ (=euangelista), „t“ (= verba Domini) et „s“ (cetera verba).

f. 69—73: „*In parasceue hora nona dato signo conueniant nudis pedibus post ministros ad missam et sacerdos et ministri induant sacras uestes et ponatur paruum lintheum super altare nudum. Vt autem sacerdos uenit ad altare, tunc incipitur prophetia sine ty(tulo).*“ — f. 72—73: Adoratio crucis: „*Hys expletis portent acoliti crucem uelatam, sequentibus presbiteris cantantes: Popule meus . . . Pueri: Agyos . . . Chorus: Sanctus deus . . . Tunc sacerdos discoperiat crucem cantans: Ecce lignum crucis . . . Ps. Beati immaculati in uia. Cantores: Ecce lignum. Ant. Dun fabricator mundi . . . Ant. O admirabile precium . . . Sequitur ymnus: Cruz fidelis. Dein: Pangue lingua.*“ — f. 73: Missa sicca cum parvis differentiis, sicut in Tab. XIX, II. sed nr. 5. Tab-ae in codice nostro sic habetur „*Et nec pax domini, nec agnus dei dicatur, nec osculum detur. Sed sacerdos accipiens corpus domini frangat mittatque in calicem nichil dicens et sic sanctificatur uinum per intinccionem sacri corporis xpi, deinde singuli communicantes ad propria redeant (!) loca et postquam communicauerit sacerdos, legantur priuatim ad uesperas psalmi: Confitebor. Domine probasti. Eripe me. Domine clamau. Voce mea. Magnificat, et sub silencio oratio: Respice qu. domine.*“ — f. 73: Locatio sepulcri dominici: „*Tunc sacerdos exuta casula cum ministris recondant crucem in loco (!) ad modum dominici sepulcri et corpus domini locetur super pectus crucis adhibito thuribulo cum incensu et lumine cantantes: R. Recessit pastor(noster). Ecce quo(modo) moritur iustus). Post sepulturam ant. In pace. R. Sepulto domino. Flectentes genua dicant: Adoramus te xpe. V. Omnis terra. Oremus. D. qui filium tuum. Require supra fer. IIII.*“

f. 73'—78: Sabbato sancto. — I. Benedictio ignis: *Sabbato ornatur ecclesia ornamentis suis et preparentur omnia ad baptismum (!) officium necessaria, et hora sexta conueniant omnes, induentes ministri uestimenta festiualia. Finitaque nona procedant cum processione ad ignem excussum ex silice cum cruce, aqua benedicta et incenso et cum psalmis quindecim graduum, gloria patri non dicatur.*“ Haec quoad rem, si videre lubet, concordant cum Tab. XX; sequentia autem codicis omnino eadem sunt, ac in Tab XX, nr. 2—7. — II. Benedictio cerei: (f. 74—75): „*Benediccio incensi.*“ — (1) „*Veniat o. d. super hoc incensum . . . tue maiestatis assistat.*“ — (2) „*D. o. d. abraham, d. ysaac, d. iacob inmitte in hanc creaturam incensi . . . sedem habere non possit.*“ — (3) „*D. qui moysen famulo tuo . . . redolet suauitate.*“ — (4) „*Dne d. o. cui astat exercitus angelorum . . . serpentis antiqui.*“ — (5) „*Dyaconus benedicat cereum hoc modo: Exultet . . . et gloriosissimo rege nostro N. et regina nostra N. et antistite nostro N. cum omni familia totoque exercitu christianorum . . .*“ — III. Benedictio fontis (f. 75—78): omnino sicut in Tab. XX, III. sed nr. 6. deest in codice nostro.

f. 78—79: „*Benediccio salis et aque.*“

f. 79—85: **Ordo missae.** — f. 79—80: „*Quando sacerdos preparat se ad missam.*“ Omnia sicut in Tab. XII. nr. 1—7., dein habet codex noster orationes huius Tab-ae nr. 8. 12. 10; nr. 9. et 11. Tab-ae desunt in codice nostro. — **Orationes ad indumenta** (f. 80): eadem ac Tab. XIII. nr. 1—7. Nr. 8. Tab-ae deest; dein statim haec leguntur in codice nostro: „*Ad stolam. Stolam innocencie pone domine super manum meam et appone iusticiam pro iniquitate mea.* — *Ad casulam. Indue me domine uestimento iocunditatis et intellectu spirituali.*“ — „*Item alia*“ = Tab. nr. 9. — Dein haec oratio: „*Alia. Fac me queso o. d., semper mundo eiusque concupiscencijs crucifigi, ut ambulando sicut tu ambulasti merear tibi placere.*“ — „*Item alia*“ = Tab. nr. 11. — f. 80—81: **Offertorium.** Collatum cum Tab. XIV. „*Miscens uinum et aquam*“: Tab. XIV. II, nr. i 1. + 3. + 2. — „*Faciat crucem super hostiam*“ = Tab. XV. nr. i 1. + 2. + 3. + 5. + 9. Deinde: „*Orate fratres ad dominum patrem omnipotentem, ut meum ac uestrum sacrificium sit acceptabile deo omnipotenti.*“ — f. 81—82: Praefationes. — f. 81—82: in calce folii alia manu semicursiva: Gloria. Credo. — f. 82': Imago Canonis. — f. 83—85: Canon. . . . „*et antistite nostro N. et rege nostro N.*“ — f. 84' in calce folii manu cursiva s. XV.: „*Ave in eternum sanctissima caro . . . Ave in eternum celestis potus . . .*“ orationes, sicut in codice Pisoniensi „A“, v. p. 84. — f. 85: „*Sacerdos exuens se dicat: Benedicite . . .*“

f. 85: „*Benedicchio carniū — agni — lardi — carniū — ouorum — casei — communis.*“

f. 85': „*Ad aspersionem aque.*“

f. 86—118': **Proprium de tempore**, a Paschate usque Dom. XXIV. post Pent.

f. 118'—157: **Proprium sanctorum.**

f. 124'—125': „*In purificatione B. uirginis marie*“ collat. cum Tab. XVI. Omnia ut in hac Tab-a, sed ordo alius est in codice nostro: Tab-ae nr. 1. + 2. + 5. + 4. + 6. + loco nr. i 7.: „*Adorna thalamum tuum*“ + 10. + 14. + 8. + 9. + 3. + 11. + 12.

f. 156': In calce legitur epistola alia pro festo S. Elisabeth: Eccli. 26, 16—24 et euangelium Mc 12, 43, ab alia manu adiecta.

f. 157—165: „*Incipiunt epistole et ewangelia de sanctis per totum annum et primo de ewangelistis.*“ Non obstante titulo missae plenae leguntur in **Communi.**

f. 165—173': **Missae votivae.** „*De spiritu sancto. — de bta uirgine* (cum notis marginalibus variarum manuum f. 166—167) — *de angelis — pro peccatis — pro elemosinarijs — pro seipso — pro infirmis — pro uiatoribus — pro archiepiscopo — pro rege tempore belli — contra hostes — pro pace — pro familiaribus — pro pluuia — pro serenitate — pro afflictis — pro populo christiano — oracio communis — de omnibus sanctis — de scis katherina margareta et maria magdalena* (f. 170') — *de scis stephano Emrico ladislao* (f. 171) — *pro defunctis.*“

f. 173'—182: „*In aduentu domini*“ = **Sequentiarium.**

f. 182: **Colophonium.**

f. 182—182': **Supplementa** ab alia manu scripta: missa Thomae Cantuar. et missa trium magorum pro itinerantibus.

26. MISSALE ORD. PRAEDICATORUM (SAEC. XIV.) CUM PROPRIO HUNGARICO (SAEC. XV.).

(Mus. Nationale c. l. m. ae. 318.)

Membranaceum — ff 231 — 30.1 × 22.4 cm. — saec. XIV (f. 6—216') et saec. XV. (f. 1—5' et 217—231') — scriptura Gothica, binis columnis — f. 1—5': prima manus (s. XV.); f. 6—92' et 104—207' et 209—216': manus secunda (s. XIV.); f. 93—103': manus tertia (s. XIV.); f. 193—194': manus quarta (s. XV.); f. 208—208' et 217—231': manus quinta (s. XV.) — compactum assibus corio fusco tectis, cum fibulis aereis (s. XV.) — notae musicae 3 et 4 linearum — initiales simplices rubrae; 5 ornamentales.

POSSESSOR: f. 1: conspicitur scutum gentilitium Comitum Nádasdy; anno 1869 L. Telgárti codicem in castello eorum Betlér vidit. Ut in tegumento libri adnotatur („*Vétel dr. Ehrenfeld Adolftól 1879*“) codex post decennium in possessione A. Ehrenfeld, advocati Vindobonensis erat, qui eum Musaeo Nationali vendidit.

PROVENIENTIA: Missalis huius pars originalis (f. 6—216') est scriptum pro ordine Praedicatorum, et quidem per duas diversas manus (manus secunda et tertia, scriptor Canonis). Liber hic originalis caret omni caractere nationali: apud ordines mendicantes non raro inveniuntur tales codices. Inter annos 1302—1307 scriptum esse hanc partem inde conicio, quod festa a capitulis Generalibus usque annum 1302 praescripta inveniuntur, posteriora non.¹ — Hoc Missale in Hungariam allatum accepit Kalendarium et in fine Proprium Hungaricum (f. 218—231'); hoc certo demonstrant festa: 27. Jun. „*Ladyslai regis totum duplex*“ — 20. Aug. Stephani regis — 5. Nov. Heinrichi (Emerici) cf. — et in Proprio etiam (f. 230) „*Gerhardi epi. et mr.*“ Haec supplementa inter 1456—1481 scripta sunt, nam in Kalendario notatur verbis: „*Vincencij doctoris noui confessoris ordinis praedicatorum*“ festum anno 1456 ordinatum; posteriora festa Capitulo proximo anni 1481 praescripta iam non inveniuntur.

BIBLIOGRAPHIA: Telgárti Lipót, Régi könyvek, MSion 1869, 815 s. — BCat p. 277. — RInd nr. 27.

f. 1—5': **Kalendarium.** Menses Jan.—Febr. exciderunt, ideo e Sanctotali saeculi XIV. transsumuntur (f. 105—202). Asterisco notantur festa tantum in Sanctotali occurrentia.

Jan. (10) *Pauli primi heremite. — (13) *Hylarii epi. — (15) *Mauri abb. — (17) *Antonii abb. — (27)* Juliani.

Febr. (1) *Ignacij epi. — (3) *Blasij epi. et mr. — (6) (Alia manu in margine f. 159':) *Dorothee. — *Vedasti et Amandi epp. — (10) *Scholastice v. — (24) *Mathie apli.

Mart. (1) Albini epi. et cf. — (7) Thome doctoris ord. predic. totum duplex. — (21) Benedicti abb. simplex.

Apr. (4) Ambrosii epi. et cf. — (5) Vincencij doctoris novi cf. ordinis praedicatorum — (23) Georgii mr. — (25) Marci ev. — (29) Petri mr. ord. pred. totum duplex.

Mai. (4) Corone domini. — (15) Zophie uidue. — (19) Potenciane v. — (22) Helene regine. — (24) Translacio b. Dominici, totum duplex. — (31) Petronelle v.

Jun. (8) Medardi epi. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonii cf. totum duplex. — (15) Viti, Modesti. — (16) Cirici et Julitte. — (22) Decem millium martirum. — (27) Ladyslai regis.

¹ E. gr. f. 159': „*Ignacij*“ praescriptum 1302; e posterioribus: iam non inuenitur festum S. Alexii proximo Capitulo generali anno 1307 ordinatum et cetera festa. Cf. Leroquais, Brév. I, C—CII p.

Jul. (1) Oct. s. Johannis Bapt. — (2) Visitacio s. Marie, totum duplex. — (13) Margarete v. (sed in Sanctotali ante Praxedem, ergo 20. Jul.) — (15) Diuisio aplorum. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene, totum duplex. — (23) Apollinaris. — (24) Cristine v. — (25) Christofori et Cucufatis. — (28) Nazarii et Celsi et Pantaleonis. — (31) Germani epi. et mr.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani. — (5) Dominici cf. totum duplex. — (20) Stephani regis. — *Bernardi abbatis. — (22) Oct. Assumpcionis.

Sept. (1) Egidii abb. — (4) Oct. s. Augustini. — *Marcelli mr. — (15) Oct. s. Marie. — (17) *Lamberti epi. et mr. — (22) *Mauricii cf.

Oct. (1) Remigii. — (4) Francisci cf. — (9) Dionisi et sociorum. (10) Anniuersarium omnium fratrum ordinis nostri. — (13) Eduardi regis. — (21) XI. mill. virg. — (31) *Quintini mr. — *Vigilia.

Nov. (1) Fest. omnium sanctorum. — (2) Commemoracio omnium animarum. — (5) Henrici cf. — (6) Leonardi abb. — (13) Briccii epi. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elyzabeth. — (25) Katherine v. — (27) Vitalis et Agricole.

Dec. (4) Barbare v. — (6) Nicolai epi. et mr. — (8) Concepcio b. virginis. — (13) Otilie v. (f. 218' in Proprio.) — (29) Thome mr.

f. 6—92: **Proprium de tempore** (a Dom. I. Adventus usque sabbat. sanctum). — In 4 missis Natiuitatis 3 lectiones (v. Tab. V.), cum rubrica: „*sine interuallo legatur epistola.*“ — f. 25: „*In capite ieiunii.*“ — f. 67: Palmarum. — f. 82: Caena domini. — f. 83: paraseve. In his omnibus semper tantum missa; ritus ceteri enim apud Dominicanos in Processionario continentur. Sabbato sancto (f. 88—92) prophetiae, litaniae (in quibus S. Dominicus et Franciscus praeponuntur S. Benedicto), dein missa.

f. 92—103': **Ordo missae, et quidem Ordinis Praedicatorum, uti e. gr. ex usu exclusivo Ps. Confitemini videri potest.** — f. 93—97': praefationes. — f. 98—103': Canon. — f. 104—148': **Proprium de tempore** (a Dom. Pasch. usque Dom. XXV. post Pentecosten).

f. 149—150: Dedicatio ecclesiae.

f. 150—202: **Proprium sanctorum** (a vig. S. Andreae). — f. 175: alia manu: „*Ladizlai regis.*“ (sine missa.)

f. 202—208: „*In communi unius uel plurimorum apostolorum.*“ (**Commune sanctorum.**)

f. 208—214: Missae votivae.

f. 214—217: Missae pro defunctis.

f. 217—217': Missa de quinque vulneribus.

f. 218—231': „*Inciipiunt officia, que non sunt in propriis locis. Primo de sancta Barbara.*“ Festa contenta haec sunt: f. 218—218': „*De sancta Barbara.*“ — f. 218': „*Otilie virg.*“ — f. 218'—219': „*In festo s. Thome de aquino ord. fr. pred.*“ Festum hoc a. D. 1326 introductum, in originali libro deest. — f. 219': „*In translacione s. Thome doctoris.*“ — f. 219'—220': „*Appolonie virg.*“ — f. 220—220': „*Dorothee virg.*“ — f. 220'—221': „*In festo Vincencii confessoris or. pred.*“ — f. 221—221': „*In festo sancti seruacij epi et cf.*“ — f. 221'—222': „*S. Sophie.*“ — f. 222—222': „*In festo sancte helene regine.*“ — f. 222'—223': „*De s. Erasmo martire.*“ — f. 223—223': „*S. Anthonii conf. de ordine minorum.*“ — f. 223'—224': „*In festo s. Marcialis epi.*“ — f. 224': „*Sanctorum decem milium militum mart.*“ — f. 224—224': „*S. Ladizlai regis Hungarie.*“ — f. 224'—225': „*In festo visitacionis Marie.*“ — f. 225'—226': „*Procopii abbatis.*“ — f. 226—226': „*Diuisione apostolorum.*“ — f. 226'—227': „*S. Alexii confessoris.*“ — f. 227—227':

„*Anne matris marie.*“ — f. 227'—228: „*Marthe.*“ — f. 228—229: „*In transfiguratione domini.*“ — f. 229—229': „*In festo sancti Stephani.*“ — f. 229'—230: „*Ludouici regis.*“ — f. 230—230': „*Gerhardi episcopi et mart.*“ — f. 230'—231: „*Wenczeslai mr.*“ — f. 231—231': „*Hedwigis.*“ — f. 231': „*Henrici conf.*“ (S. Emerici ducis.) — f. 231': „*Elizabet.*“

27. MISSALE POSONIENSE (CODEX „D“) S. XV.¹

(*Mus. Nation. c. l. m. ae. 216.*)

Membranaceum — ff 329 — 33.5 × 23.8 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica — compactum assibus corio fusco tectis; munitum lamellis angularibus et umbilico aereis — notae musicae 4 linearum — initiales simplices rubrae et caeruleae; 4 figurales, 17 ornamentales.

POSSESSOR: f. 1: „*Liber ecclesie posoniensis*“ manu saeculi XV. — F. 2: „*Capitulum Posoniense 1633. Lit. M.*“, 13. Jan. 1813 dono datum Musaeo Nationali.

SCRIPTOR: f. 287: „*Explicit liber missalis de tempore et de sanctis per manus michahelis de Tyrnstain et cetera.*“ Scriptor canonicus Posoniensis fuit, uti E. Hoffmann demonstravit, qui 1403 aliud Missale scripsit et illuminavit, ubi se nominat: „*Michaelem de Tyrnavia canonicum Posoniensem*“ (Cod. 8. cf. RInd nr. 200.); f. 329 autem adnotavit: „*Detur pro memoria scriptori pater noster et Ave maria.*“

PROVENIENTIA: Unde concluditur missale pro ecclesia aliqua Posoniensi scriptum esse, quod etiam affinitate cum sex aliis missalibus Posoniensibus evincitur.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 890. nr. 27. — Idem, Kortan p. 121. nr. 32. — Ortway II, 4 p. 353 et 378 nota 6. et p. 379 nota 1. Tom. III. 245. 247. 250 de Michaele de Tyrnavia, scriptore libri agit. — Hoffmann 76—78. — 1930 RE nr. 585. — BCat 192 s. — RInd nr. 38. — Jávör 17—20.

f. 2—7': **Kalendarium**. V. supra p. 78.

f. 8—10': Evangelia et epistolae feriarum adventus.

f. 11—224: **Proprium de tempore**.

f. 44—44': „*Exorcismus cinerum*“ ut in codice „A“. p. 82.

f. 91—95: „*Ordo in dominica palmarum*“, omnino ut in codice „A“, sed rubricae codicis „D“ breviores sunt. (v. p. 83.)

f. 100'—103': fer. II. et III. maioris hebdomadae, tres lectiones, v. Tab. V.

f. 114—122': „*Ordo in parasceue. Hora sexta conueniant omnes in ecclesia ut mos est salutare salutiferam crucem. Tunc preparant se presbiteri et alij clerici quantum opus sit ad ministrandum sacerdoti et mittatur lintheum paruum super altare nudum. Ante euangelium uero non portentur candelae nec incensum, sed una candela ponatur a parte sinistra altaris in candelabro in terra. Et ut uenit sacerdos ante altare, lector incipiat leccionem sine Tytulo . . .*“ (Cetera ut in Miss. Romano.)

I. Adoratio crucis. (1) „*Hys expletis accoliti preparati portent crucem uelatam de sacrario. Sequentibus presbiteris casulis indutis et cantantibus hos uersos sequentes: Popule meus . . .*“ = codices B. F. G. (2) „*His finitis fiat sermo ad populum. Completo sermone accipiat presbiter casulam de cruce et dicat alta uoce: Ecce lignum crucis . . .*“ (Dein omnia ut Tab. XIX, I. nr. 3—6.) = B. F. G. — **II. Missa sicca.**

(1) „*Salutata cruce tam a sacerdote quam a ceteris, uenit sacerdos indutus ante altare et expectat quousque corpus domini a ministro sibi deferatur, minister autem*

¹ V. adnotationem ad calcem codicis „A“. p. 77.

et cum eo duo uel tres clerici uadant ad locum ubi pridie corpus domini seruabatur et inde sublatum cum magna reuerencia sacerdoti ad altare deferant cantantes hos uersos sequentes: *Laudes omnipotens ferimus . . .*“ (2) „*Uersibus finitis extendat presbiter corporale super nudum altare procedenteque altare faciat confessionem et osculato altari, corpus domini et calicem sine sacramento uino et aqua mixto de manu ministri accipiens cantet: Hoc corpus etc.*“ — (3) „*Et hoc dicto super altare ponens calicem ordinansque oblata humillime dicat hanc oracionem: Suscipe sancta trinitas . . .*“ (4) „*Qua finita dicat lenta uoce: Oremus. Preceptis salutaribus Pater noster. Ita per ordinem usque Per omnia secula seculorum amen.*“ — (5) „*Neque pax domini neque agnus dei dicitur sed sacerdos accipiat corpus domini et frangat mittatque in calicem nichil dicens et sic sanctificatur uinum.*“ — (6) „*Deinde singuli communicantes in sua redeant loca. Vespera legatur in hunc modum privatim . . .*“ — III. **Locatio sepulchri.** (1) „*Deinde ostiis ecclesie diligenter seratis, omnibus laicis exclusis Dyaconi et sub Dyaconi Accoliti cum candelis et incenso pergant illuc ubi post salutationem crucem reposuerunt et inde leuantes eam portent ubi sepulchrum parare uoluerint ibique super scampna ponatur et thurificetur et diligenter lintheamine et desuper pallio cooperiatur sed interim dum crucem leuant et de loco ad locum portant decantentur silenti ista: (2) *Iherusalem luge.* (3) *Ecce uidimus.* (4) *Plange quasi uirgo.* (5) *Recessit pastor noster.* (6) *Ecce quomodo moritur iustus.* — (7) *Nouissime corpus domini in unam ualde mundam pixidem ponatur sigigilloque (!) sigillatur atque sub lintheamen et pallium ad pectus crucis collocetur et dicatur: (8) *Sepulto domino.* (9) *In pace in idipsum.* (10) *Caro mea.* — (11) *Hys itaque peractis et custodibus ordinatis qui corpus dominicum custodiant cum psalmis et ceteris oracionibus.* — (12) *Ipse clerus antequam redeat dicat Ant. Adoramus te xpe et benedicimus tibi.*“**

f. 122'—131': „*Ordo in sabbato sancto.*“ I. **Benedictio ignis.** (1) „*Pasche mane ornatur ecclesia omnibus ornamentis suis. Hora septima conueniat omnis clerus in ecclesiam et preparat se unusquisque uestimentis sollempnibus ad suum ordinem. Cum autem sacerdos fuit paratus in sacrario ueniat clerus obuiam sibi cum aqua benedicta et thuribulis et candelis sine igne et plenario et sacerdos eat cum plena processione et crucibus cantando psalmos quindecim graduum sine gloria.*“ — (2) „*Et uadat ad locum ubi preparatus fuit ignis ad benedicendum. Benedictio ignis.*“ (Cetera omnia ut in Tab. XX, I, nr. 2—7. etiam rubrica nr. 7. uerbatim.) II. **Benedictio cerei.** (1) „*Finito ympro ueniat presbiter ante altare et incipiat benedictionem cerei dicens: Exaltet iam angelica et interim benedicatur incensum tali modo.*“ — (2) „*Ueniat o. d. super hoc incensum . . . maiestatis assistat.*“ (Miss. Rom.) — (3) „*Quesumus o. d. abraham deus ysaac deus iacob in mitte in hanc creaturam incensi . . . sedem habere non possit.*“ — (4) „*D. qui moysi famulo tuo per spiritum sanctum reuelare dignatus es . . . redoleat sanitatem.*“ — (5) „*D. d. o. cui astat exercitus angelorum . . . serpentis antiqui.*“ (deinde Exaltet; in fine:) (6) „*Sequitur a sacerdote Oremus. D. qui diuicias misericordie tue . . . obnoxios paciariis offense.*“ (Orationes nr. 3—6. tantum in codice „D“ leguntur; textus integer penes Jávör p. 68—70.) — III. **Benedictio fontis.** „*Tunc lector stans ante altare incipiat leccionem sine tytulo*“ (omnia ut Tab. XX, III, nr. 1—5.) = codices A. B. C. E. F. G. — „*Finitis hys omnibus ordinentur cruces . . .*“ (uerbatim eadem rubrica ac Tab. nr. 6.) — Post benedictionem fontis „*Finitis autem omnibus redeant . . .*“ (omnino eadem rubrica ac. Tab. nr. 10.)

f. 130: in litiis sabbati sancti: „*. . . sancte rex stephane, Sancte rex (!) Heinrice (Emericus dux), Ste Ladislæ.*“

f. 131'—145': **Ordo missae.**

f. 131'—133': Praeparatio ad missam. „Quando sacerdos preparat se ad celebrandam missam dicat hos psalmos . . .“ (Cetera omnia verbatim ac in Tab. XII, 1—10. orationes Tab-ae nr. 11. 12. desunt in cod. „D“.)

f. 133'—135: (Omnino sic et in cod. „E“). „Oratio ad indumentum . . .“ (Collata cum Tab. XIII. (1) „Dum abluit manus. Lauabo . . .“ Tab. nr. 1. — (2) „Dum extergit manus. Da domine . . .“ Tab. nr. 2. — (3) „Ad depositionem uestimenti. Exue me . . .“ = Tab. nr. 3. — (4) „Ad humerale. Obumbra . . .“ = Tab. nr. 4. — (5) „Ad albam. O. s. d. te supliciter . . .“ = Tab. nr. 6. — (6) „Ad cingulum. Precinge . . .“ = Tab. nr. 7. — (7) „Ad manipulum. Manipulum innocencie . . .“ = Tab. nr. 8. — (8) „Ad stolas. Stola iusticie . . .“ = Tab. nr. 9. sed cod. „D“ addit: „Quia tu dixisti iugum meum suauis est et onus meum leue.“ — (9) „Quando cingit se. Or. Fac me queso o. d. semper mundo eiusque concupiscenciis crucifigi, ut ambulando, sicut tu ambulasti, merear tibi placere.“ (Tab. hanc orationem non habet.) — (10) „Ad casulam. Indue me . . .“ = Tab. nr. 10. In codice nostro desunt orationes Tab-ae nr. 11—13.

f. 135—135': Oratio ante altare, collata cum Tab. XIV. (1) „Cum uenerit sacerdos ad altare dicat: V. Vias tuas . . .“ = Tab. nr. 1. — (2) „Ueni sancte spiritus . . .“ = Tab. nr. 2. — (3) „Assit nobis . . .“ Tab. nr. 3. — (4) „Et introibo . . . Judica . . .“ = Tab. nr. 4. — (5) „Confitemini domino quoniam bonus . . .“ (6) „Confessio. Confiteor deo omnipotenti.“ (nihil aliud; textus in codice „E“, p. 125.) — (7) „Ad solutionem. Per gratiam sancti spiritus . . .“ = Tab. nr. 6. etiam. Versiculi. — (8) „Pr. qu. o. d. ut reatus nostri confessio . . .“ = Tab. nr. 7. — (9) „Or. Exaudi quesumus domine supplicum preces . . .“ ut in cod. Prayano, p. 42. — (10) „Item alia or. Aufer a nobis . . .“ = Tab. nr. 8. — (11) „Dum ascendit ad altare dicat. Oramus te domine per merita . . .“ = Tab. nr. 9.

f. 135'—136: Praeparatio oblatorum; collata cum Tab. XIV, II. (1) „Dum offertur incensum. Accendat in nobis dominus ignem sui amoris et flammam eterne caritatis. OR. In nomine patris et filii et spiritus sancti benedicatur incensum istud et acceptabile fiat deo in odorem suauitatis.“ — (2) „Dum ponit uinum et aquam in calicem dicit. Ostende nobis.“ = Tab. nr. 1. — (3) „Ex latere d. n. J. Ch. sanguis . . .“ = Tab. nr. 3. — (4) „Or. D. qui humane substancie . . .“ = Tab. nr. 2. — (5) „Dum miscetur uinum et aqua dicat. Fiat . . .“ = Tab. nr. 4. — Deinde sequitur: „Dum osculatur euangelium . . .“ etc. unde videri potest, hanc praeparationem post orationem ante altare statim factam fuisse. — Nr-i 2—5.

f. 136—137: Offertorium; collatum cum Tab. XIV, III. omnino sic in cod. E. G. „Dicto euangelio sedit Dyaconus cum libro quo deosculato dicit sacerdos. D. uob. Et. Oremus. Deinde faciat crucem super altare. Suscipe sancte pater . . .“ Cetera omnia verbatim, ac in Tab. nr. 2—10; similiter codices A. B. C. E. F. G.; tantum oratio nr. 1. Tab-ae deest in codice nostro et aliis dictis.

f. 137—141: Praefationes cum notis musicis 4 linearum.

f. 141': vacat.

f. 142—145': Canon. — Elevatio f. 142: „Hic eleuet corpus dominicum. Deinde accipiat calicem in manus dicens Simili modo . . . Hic eleuet calicem in altum postea deponat.“ — Orationes post communionem sacerdotis „Aue . . .“ sicut in cod. „A“, p. 84.

f. 146—146': Benedictio esculentorum in pascha. (Omnino sic habet et cod. „E“.) (1) „Sequitur benedictio carniū in Resurreccione domini. D. uniuerse carnis creator . . .“ — (2) „Benedictio super lardum. Benedic domine creaturam istam lardi . . .“ — (3) „Benedictio super carne auium. D. qui uniuerse creature qui inter cetera . . .“ — (4) „Benedictio super oua. Subueniat

qu. d. benedictionis tue gracia . . .“ — (5) „Benedicchio casei. Dignare d. o. benedicere . . .“ — (6) „Benedicchio ad omnia. D. qui resurrectione filii tui . . .“ Orationes eadem sunt ac in codice Prayano f. 56'—57 v. supra p. 48.

f. 146'—147: „In die sancto Pasche ad aspergendam aquam benedictam. (1) Uidi aquam . . . ps. confitemini domino . . . = codices E. G. — (2) Oracio. D. qui ad eternam uitam in xpi resurrectione nos reparas . . . — (3) Ad processionem. Antifona. Cum rex glorie xps . . . = E. G. — (4) Impnus. Salue festa dies . . . = E. G. — (5) Resp. Sedit angelus ad sepulchrum domini . . . — (6) V. Crucifixum. R. Nolite. V. Recordamini. quoniam predixit. R. Alleluia. V. Surrexit dominus uere. R. Et apparuit symoni all. — (7) Or. Suscipe domine preces et per resurrectionem filii tui . . .“ = codex G. (conferatur processio paschalis codicis Prayani p. 48.)

f. 147'—224: Missae a dom. Paschatis usque Dom. XXV. post Pentecosten.

f. 224: „Explicit liber missalis de tempore.“

f. 224': „Incipit liber missalis de sanctis per circulum anni.“ A die 30. Nov. — f. 236': „Gerhardi epi. et mart.“ — f. 238: „De sco Adalberto.“ — f. 248': „De sancto Ladislao.“ — f. 267: „In vigilia sancti Stephani regis.“ — „In die sancto.“ — f. 270: „Emrici ducis.“ — f. 284: „Elizabet uidue.“ — f. 287: „Explicit liber missalis de tempore et de sanctis per manus michahelis de Tyrnstain et cetera.“

f. 287—311': „Incipit commune sanctorum per ordinem primo in uigilia unius apostoli ad missam introitus.“

f. 311'—325: „Incipiunt speciales missas (!)“ V. eas apud cod. „A“ p. 84.

f. 325—326': Sequentiarium.

f. 326'—327': Ordo ad faciendam aquam benedictam.

f. 327'—328': „De lancea domini . . .“ missa.

f. 328': „Officium de sancta Hedwigis ducisse (!) polonie.“ Missa.

f. 329: Tres orationes ss. Georgii, Christofori, Blasii, Cyriaci, Viti, Magni, Dyonisii, Erasmi, Achacii, Panthaleonis, Eustachii, Katherinae, Barbarae, Margarethae, i. e. 14 auxiliatorum. Manu cursiua.

28. MISSALE POSONIENSE (CODEX „E“)¹ SAEC. XV.

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 218.)

Membranaceum — ff 305 — 35.4 × 26.9 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica — compactum assibus corio fusco tectis, munitum angularibus lamellis et umbilicis aereis, saec. XV—XVI. — initiales simplices rubrae et caeruleae; 7 figurales, 12 ornamentales.

POSSESSOR: f. 1: „Capitulum Posoniense 1633. Lit. M.“ dein 13. Jan. 1813. a Capitulo dono datum est Musaeo Nationali.

SCRIPTOR: ignotus manet; illuminator uero idem est sec. E. Hoffmann, qui codicem Protocolli Civitatis Cremnitzianae a. D. 1426 inceptum depinxit. Quod commendat etiam codicem nostrum prima parte saec. XV. scriptum esse.

PROUENIENTIA: Procul dubio pro ecclesia Hungarica scriptum est hoc Missale, uti e Calendario et Sanctorali eruitur; num pro ecclesia aliqua Posoniensi, omnino certum non est; affinitas cum alis 7 missalibus tamen hoc commendat.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868 p. 807. nr. 9. — Idem Kortan p. 118. nr. 12. — VH p. 111. nr. 50. — Ortway II, 4. 383 nota 1. — Hoffmann 78 s. — BCat 193 s. — RInd nr. 40. — Jávör 20—22.

¹ V. adnotationem ad calcem cod. „A“ p. 77.

- f. 1—1': vacant.
- f. 2—7': **Kalendarium.** — V. supra p. 78.
- f. 8—8': vacant.
- f. 9—198: **Proprium de tempore.**
- f. 18—21: 4 missae Nativitatis cum 3 lectionibus, sicut in Tab. V.
- f. 37—38': „*Exorcismus cineris*“ fer. IV. in capite ieiunii; v. apud codicem „A“, p. 82.
- f. 38'—39: **Expulsio poenitentium**, v. apud codicem „A“, p. 82.
- f. 103'—109: **Parasceve** sicut in codice „D“, p. 121., sed codex noster tantum liturgiam usque ad orationes sollemnes exhibet, dein legitur adnotatio „*cetera prout habentur in agenda ecclesie.*“ (f. 109.)
- f. 109—113': „*Ordo in sabbato sancto.*“ Tantum Exultet; prophetiae cum litaniiis, ut in cod. „D“ p. 122; ceterum adnotatur: „*consecratio ignis et fontis prout habetur in agenda ecclesie.*“ (f. 109.)
- f. 114—115: „*Exorcismus salis dominicis diebus. — Exorcismus aquae.*“ „Formula Alcuiniana“ uti in Miss. Romano adhuc habetur; Franz, Bened. I, 145—146. — „*Ad aspergendum aqua benedicta. — 1. Asperges me. Ps. Miserere mei V. Ostende nobis domine. — 2. Or. Presta qu. o. s. d. per hanc sanctificate aque . . . fructum caritatis hic et in eterna secula secolorum. amen.*“ = Franz, Bened. I, 143, 2, quae tamen brevior est. — 3. „*Deinde ad processionem. Uel uni eternitati simplici deo. uel ant. oremus dilectissimi. — 4. Ante foras ecclesie dicatur de sancta maria ant. sancta dei genitrix ora pro nobis. — 5. Or. Concede qu. o. d. fragilitati nostre . . . — 6. In redeundo. Ant. Saluator mundi. V. Introibo ad domum tuam domine, adorabo ad templum sanctum. — 7. Pr. D. J. Ch. qui introitum portarum Jerusalem . . . sapiencie eius non est numerus.*“ = Franz. RFlor. 99.
- f. 115—116': „*Incipit canon minor primo ad indumentum oratio.*“ V. apud codicem „D“, p. 123.
- f. 116'—117: „*Quando accedit ad altare dicat.*“ V. apud codicem „D“, p. 123. Textus Confiteor (f. 117) sic sonat: „*Confessio. Confiteor deo omnipotenti b eate marie uirgini et omnibus sanctis. Ideo precor etc.*“
- f. 117—117': **Praeparatio oblato**rum, ut in cod. „D“, p. 124.
- f. 117'—118: **Offertorium**, ut in codice „D“, p. 123.
- f. 118'—119': **Praefationes**, sine notis musicis.
- f. 120—123: **Canon.** — Ad elevationem (f. 120'—121) nota sicut in codice „D“ p. 123. — Ad communionem oratio „*Aue . . .*“ sicut in codice „A“ p. 84.
- f. 123'—124': **Benedictio esculentorum in pascha**; sicut in codice „D“ p. 123.
- f. 124'—125': „*Ad processionem*“ (paschalem); sicut in codice „D“ p. 124.
- f. 198—250: „*Explicit prima pars istius libri scilicet de tempore. Incipit secunda videlicet de Sanctis.*“ A die 30. Nov. — f. 210: „*De sancto Adalberto martire.*“ — f. 219: „*Ladyslai regis.*“ — f. 234': „*In vigilia sancti Stephani regis.*“ — „*In die sancto.*“ — f. 237: „*Emerici ducis.*“
- f. 250—270': „*Incipit Commune sanctorum.*“
- f. 270'—288: „*Secuntur misse votive et si in aliqua ebdomada festa non occurrent, tunc iste ordo salubriter potest obseruari.*“ Dom. de s. Trinitate, f. II. pro defunctis, f. III. de sancto spiritu, f. IV. de angelis, f. V. de caritate, f. VI. de s. cruce, sabb. de B. Maria V. — Ceteras missas v. apud codicem „A“ p. 84.

f. 288—302': „*Incipiunt sequencie per circulum anni.*“

f. 302'—303: alia manu saec. XV: „*Benedicchio vini in die beati Johannis.*“
 (1) „*Deus pater d. n. J. Ch. cuius uerbo celi firmati sunt . . . salutis humane radices
 arescunt.*“ = Franz, Bened. I, 305—306. — (2) „*Tu benedic per intercessionem
 beati johannis ewangeliste hunc liquorem uini . . . magnitudinem tuam intelligant.*“
 — (3) „*Ewangelium In principio.*“ — (4) „*Item ew. Recumbentibus undecim dis-
 cipulis.*“ — (5) „*Increatus pater, increatus filius increatus spiritus sanctus. Immen-
 sus . . . eternus . . . Gloria patri.*“ — (6) „*Or. D. d. o. J. Ch. qui ex quinque pani-
 bus . . . in uisceribus eorum.*“ = Franz, Bened. I, 284, 1. — (7) „*Benedicchio dei
 patris . . .*“ — (8) „*Per istos sermones sancti ewangelii et per merita b. joannis
 ewangeliste . . . ab omni culpa eruantur.*“ — Textus totus benedictionis huius
 apud Jávör 81—82.

f. 303'—304: Gloria. — Gloria B. M. V. — Credo.

f. 304': manu alia cursiva saec. XV. „*Ista sequencia canitur de quatuor
 ewangelistis. Plausu chorus letabundo . . .*“

f. 305—305': vacant.

In interiore parte tegumenti posterioris: „*De tribus regibus*“ orationes
 tres; manu cursiva saec. XV—XVI.

29. MISSALE POSONIENSE (CODEX „I“) SAEC. XV.¹

(*Bibl. Metropolitana Strigoniensis L. I. 7.*)

Membranaceum — ff 245 — 38 × 28 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica,
 binis columnis — compactum s. XVIII. cum lamellis aereis angularibus e saeculo
 XV. cum inscriptione: „*O mater dei miserere mei*“ — litterae initiales simplices rubrae
 et caeruleae; 1 figuralis, ceterae c. 6 excisae.

PROVENIENTIA: Certum est codicem pro ecclesia Hungarica scriptum esse;
 festa ostendunt hoc: 24. Febr. Gerhardi mr. et pontificis — 1. mai. Translacio Elyza-
 beth — 27. Jun. Ladizlai regis et cf. — 17. Jul. Zorardi et Benedicti cf. — 29. Jul.
 Transl. s. Ladislai. — 15. Aug. Deposicio Stephani regis — 19. Aug. Vigilia Stephani
 regis — 20. Aug. Stephani regis cf. — 2. Sept. Emerici ducis et cf. — 12. Oct. Adal-
 berti inventio. — 5. Nov. Emerici ducis et cf. — 6. Nov. Transl. s. Adalberti. — 19.
 Nov. Elizabet uidue. — Pro dioecesi Strigoniensi scriptum esse Missale evincitur tum
 e ritu Strigoniensi, tum festo S. Adalberti 23. Apr. rubro notato, item e translatione
 eiusdem 6. Nov., demum e ritu saeculis XIV—XV. in provincia Strigoniensi occur-
 rente, prout in Tabellis XIV—XX. cerni potest.² Codicem pro aliqua ecclesia Poso-
 niensi exaratum esse suspicor e nexu arcto eiusdem cum Missali manuscripto viduae
 Nicolai List s. XV. civis Posoniensis.³ Nexum intimum produnt vitia scriptoris in
 utrisque codicibus aequae occurrentia: 8. Mart. „*Cypriani et Salomonis*“ loco Philemo-
 nis; 5. Apr. „*Marciane virg*“ loco Marciani et soc.; 17. Mai. „*Torreptis*“ loco Torpeti
 11. Oct. „*Filianis*“ loco Firmini; 10. Nov. „*Cumbini*“ loco Cumiberti, et multa alia.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz, MSion 1868, 885—887. — Idem, Kortan 119. nr. 17.
 — Dankó, Új MSion 1871, 90. — 1882 KE nr. 50. — REsz 89—94. — RInd nr. 133.

f. (1—1'): vacant.

f. (2—6'): **Kalendarium.** Menses Jan.—Febr. exciderunt; suppletur e
 Proprio Sanctorum; festum in Proprio occurrens, in Kalendario non notatum
 asterisco signatur.

¹ V. adnotationem ad calcem codicis „A“ p. 77.

² Cf. uberiora: REsz p. 92—93.

³ Capitul. Posoniens. nr. 18. RInd nr. 205; uberius cf. REsz p. 93—94.

Jan. (10) *Pauli primi heremite. — (15) *Mauri abbatis. — (17) *Anthonij cf. — (26) *Policarpi mr.

Febr. (3) *Blasii mr. — (6) *Dorothee v. et mr. — (9) *Appollonie v. et mr. — (10) *Scolastice v. — (23) *Vig. Mathie. — (24) *Mathie apli. — *Gerhardi mr. et pontif. — (25) *Walpurgae v.

Mart. (1) Albini mr. — (2) Simplicii pp. — (3) Adriani mr. — (4) Lucii pp. — (5) Foce mr. — (7) Appollinaris mr. — (8) Cypriani et Salomonis (!) mr. — (9) Passio XL militum. — (10) Alexandri et Gaji mr. — (11) Rustici et Palatini mr. — (13) Macedonii presb. — Innocencij ppe. — (14) Leonis pp. — Eufrosij et Felicissimi mr. — (15) Longini militis. — (17) Gerdrudis v. — (18) Alexandri epi. et mr. — Johannis epi. — (19) Gothardi epi. — Joseph Marie. — (20) Gumberthi epi. — (21) Benedicti abb. — (22) Pauli epi. — Justi cf. — (23) Frumenti epi. — (24) Quintini (!) mr. — (26) Castuli mr. — (27) Cristalli mr. — (28) Prisci cf. — Cunitriani regis. — (29) Eustasij abb. — Gregorii mr. — (30) Victoris mr. — (31) Albine (!) mr. — Reguli epi. et cf.

Apr. (1) Anastasij mr. — Theodore v. — (2) Marcellini pp. — (3) Agapitis et Theodosie v. — (4) Ambrosii epi. — (5) Marciane virg. (!) — (6) Sixti pp. et mr. — Serapionis mr. — (7) Dionisij epi. et cf. — Donati cf. — (8) Celestini pp. — (9) Marie egipciace. — (10) Ezechielis prophete. — (12) Julij pp. — (15) Maximi mr. — Olimpiadis epi. et cf. — (16) Castili et Carisij mr. — (17) Innocencij epi. — (18) Eleuterij mr. — (19) Vincencij mr. — (20) Victoris et Genesij mr. — (21) Symeonis epi. — (22) Agapiti mr. — (23) Adalberti epi. et mr. — (24) Georgij mr. — (25) Marci ev. — (26) Marcelli pp. — (27) Anthimi epi. — (29) Petri mr. de ordine predicatorum. — (30) Quirini mr.

Mai. (1) Sigismundi regis. — Transl. Elyzabeth. — (4) Floriani mr. — (5) Gothardi epi. — (7) Juvenalis mr. — (8) Apparicio S. Michaelis. — Stanislai epi. — (9) Transl. S. Nicolai. — (11) Mamerti epi. — (13) *Gengulfi mr. (fol. CLXXXIII') — *Seruatii (f. CLXXXIII') — (14) Victoris et Coronee (!) et Bonifacij mr. — (15) Isodori mr. — (16) Peregrini mr. — (17) Torreptis mr. (!) — (18) Marci pp. — (19) Potenciane v. — (20) Basille v. — (21) Januarij mr. — (22) Helene regine. — (23) Desirij epi. — (24) Dominici cf. — (26) Augustini epi. et cf. — (27) Julij epi. — (28) Germani epi. — (29) Maximini epi. — (30) Felicis pp. et mr. — (31) Petronelle v.

Jun. (2) Erasmi mr. — (3) Laurentini et Pergenuini (!) mr. — (4) Petroerij et Quirini mr. — (5) Bonifacij et soc. eius. — (6) Phylippi cf. — (7) Benigni mr. — Columbani cf. — (8) Medardi et Gildardi cf. — (10) Basilidis et aliorum. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonij cf. de ordine minorum. — (14) Basilij et Aniani ep. — Helyzei proph. — (15) Viti, Modesti mr. — (16) Aureliani epi. — *Cyriaci et Julitte mr. (f. CLXXXVI) — (17) Aviti epi. — (20) Prisciani mr. — (21) Albani mr. — (22) Decem millium militum. — (25) Gallicani mr. — (27) Ladizlai regis et cf.

Jul. (1) Oct. s. Johannis Bapt. — Festum salutacionis bte Marie elyzabeth (f. CLXXXVII visitacio B. M. V.) — (3) Transl. s. Thome. — (4) Vdalrici epi. et cf. — Transl. s. Martini. — (5) Dominici mr. — (6) Kyliani mr. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani cum sociis suis. — (9) Zenonis mr. — (11) Benedicti abb. — (12) Ermagore epi. — (13) Margarete v. et mr. — (14) Fortunati epi. — (15) Diuisio aplorum. — (16) Eustachij epi. — (17) *Alexij cf. (f. CLXXXVIII') — Zorardi et Benedicti cf. (f. CLXXXVIII': Benedicti et Andree.) — (18) Gurdenis mr. — (19) Justine et Rufine v. — (20) Helye prophete. — (21) Braxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris mr. — (24) Cristine v. — *Vig. S.

Jacobi (f. CLXXXV'). — (25) Cristofori mr. — (26) Anne matris marie. — (27) VII dormiencium. — Innocencij pp. — (28) Pantaleonis mr. — (29) Translacio s. Ladizlai. — Marthe v. — (31) Germani epi.

Aug. (3) Invencio corporis s. Stephani protomr. — (4) Justini epi. — (5) Dominici cf. — Marie de nive. — Oswaldi regis et cf. — (6) Transfiguracio domini. — (7) Affre mr. — (8) Aduentus sanguinis xpi. — (9) Romani mr. — (11) Rade-gunde v. — (12) Clare v. — (15) Deposicio Stephani regis (f. CCI': Commemora-cio) — (16) Arnulfi epi. — (19) Lodouici epi. et cf. — *Vigilia s. Stephani regis (f. CCII') — (20) Stephani regis. Bernhardi. — (21) Priuati epi. et cf. — (22) Oct. Marie. — (23) Vigilia. — Thymothei apli. — Appollinaris mr. — (25) Lodouici regis francie — Audeoni (!) epi. — (26) Alexandri mr. — (30) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidij abb. — (2) Emerici ducis et cf. — (3) Girini cf. — (4) Gum-berti cf. — (5) Quintini mr. — (6) Magni monachi. — (7) Aureli mr. — *Erucij (!) cf. (f. CCV.) — (11) Theodardi epi. — (12) Siri et Virenci epor. — (13) Amandi abb. — (17) Lamperti epi. et mr. — (18) Pereoli epi. — (19) Januarij epi. — (22) Mauricij et soc. eius. — *Emmerammi mr. (f. CCVIII.) — (23) Tecele v. — (24) Concepc. Joh. Bapt. — Gerardi. — Ruperti. — (25) Cleophe vginis (!). — (26) Cipriani epi. — (28) Wencezlai.

Oct. (1) Remigij cum sociis suis. — (2) Leodegari epi. — (3) Dyonisy epi. — (4) Francisci cf. — (5) Appollinaris mr. — (8) Benedicte v. — Symeonis. — (9) Dyonysi cum sociis suis. — (10) Gereonis cum sociis suis. — (11) Filianis (!). — (12) IIII millium octingentorum LXX mrm. — (13) Faustini, Januarij et Colomanni mr. — *Colomanni mr. (f. CCXI.) — (15) Donati mr. — Hedwigis ducisse po(lonie). — (16) Galli cf. — Sigismundi regis. — (17) Junij epi. — (19) Januarij sociis suis. — (20) Maximi mr. — (21) XI. mill. virginum. — (22) Seueri epi. — (23) Seuerini epi. — (24) Felicis et Maglorii epporum. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Demetrij mr. — (27) Florencij cf. — (29) Narcissi epi. — (30) Marcelli epi. — (31) Quintini mr. — *Vig. omnium sanctorum. (f. CCXIII.)

Nov. (1) Fest. omnium sanctorum. — (2) Comemoracio animarum. — *Eustachij cum sociis (f. CCXIV'). — (3) Firminij (!) mr. — (4) Clarij presb. — Bitalis et Agricole. — (5) Emerici ducis et cf. — (6) Leonardi cf. — *Translacio s. Adalberti (f. CCXIV'). — (7) Willibrordi epi. — (8) Oct. omnium sanct. — Claudi, Nicostrati. — (10) Cumbini cf. — Martini pp. — (12) Benedicti, Ysaac et Johannis. — (13) Briccij epi. et cf. — (14) Clementini epi. — (16) Othmari abb. — (17) Aniani epi. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elizabet uidue. — (20) Gelasij. — (21) Carimundi regis. — (22) *Eodem die Otilie virginis (f. CCXVI.) — (25) Katherine v. — (26) Lini pp. et mr. — (27) Maximi epi. — (28) Rufi mr.

Dec. (1) Candide v. — (3) Tribuni mr. — (4) Barbare v. — (5) Crispine v. — (6) Nycolai epi. et cf. — (8) Conceptio s. Marie v. — (9) Sixti epi. — (10) Eula-lie v. — (12) Pauli cf. — Festum sce sapientie. — (13) *Otilie v. (f. CLXXII.) — (15) Valeriani epi. — (16) Ananie, Azarie, Misael. — (17) Ignacij et Lazari epporum. — (18) Sabini epi. et mr. — Graciani epi. — (20) Vigilia. — (22) Scorum XXX mr. — (23) Victorie v. — (29) Thome epi. et mr. — David regis.

Post lacunam: f. XXXXI—CLXIX: Proprium de tempore mutilum a Dom. II. Quadragesimae usque sabb. sanctum.

f. LXXIII': „*Rubrica in ramis palmarum. Ordo qualiter processio agatur, inprimis officiator indutus cappa rubea aspergat aquam benedictam incipiens hanc antiphonam asperges me.*“

f. LXXIII—LXXVII: „*Incipiunt consecrationes florum.*“ Collatum cum Tab. XVIII. — (1) „*Oratio. D. qui hodierna die ad insinuandum . . .*“ = Tab. nr. 5. — (2) „*Lectio libri Exodi.*“ = Tab. nr. 6. — (3) „*Antiphona. Collegerunt . . .*“ = Tab. nr. 7. — (4) „*Evangelium. Cum appropinquasset . . .*“ = Tab. nr. 8. — (5) „*Dicto euangelio fit sermo ad populum de euangelio et finito sermone sequitur antiphona: Ante sex dies . . .*“ = Tab. nr. 9. — (6) „*Exorcismus florum et frondium. Oratio. Exorciso te creatura florum . . .*“ = Tab. nr. 10. — (7) „*Oratio. Benedictus quesumus domine . . .*“ = Tab. nr. 11. — (8) „*Antiphona. Cum audisset populus . . .*“ = Tab. nr. 12. — (9) „*Oratio. D. cuius filius pro salute . . .*“ = Tab. nr. 13. — (10) „*Oratio. D. qui nos per oliue ramum . . .*“ = Tab. nr. 14. — (11) „*Oratio. O. s. d. qui nos hodierna die . . .*“ = Tab. nr. 15. — (12) „*Oratio. D. qui filium tuum unigenitum . . .*“ = Tab. nr. 16. — (13) „*Vere dignum . . . Mundi conditor . . .*“ = Tab. nr. 17. — (14) „*Tunc sacerdos aspergit aquam benedictam super ramos palmarum universos et diversos flores dicens hanc orationem: D. qui filium tuum . . . ut eius vestigia consequi mereamur.*“ — (15) „*Postea interdum cantetur hec ant. Fulgentibus palmis . . .*“ = Tab. nr. 18. — (16) „*Deinde diuidantur flores et frondes populis cum ramis. Oratio. O. s. d. qui xpi filii tui beata passione . . .*“ = Tab. nr. 19. — (17) „*In reuersione ant. Cum appropinquaret . . . Ympnus. Gloria, laus et honor . . .*“ = Tab. nr. 20. — (18) „*Tunc accipiant ramos et puero cantante ante crucem offerantur ad crucifixum. Sequitur ant. Pueri hebreorum . . .*“ Cf. Tab. nr. 21. — (19) „*Post hec per alium puerum offeratur ante crucem cappa una cantando hanc ant. Pueri hebreorum uestimenta . . .*“ Cf. Tab. nr. 22. — (20) „*Tunc sacerdos missam celebraturus flexis genibus ante crucem cantando hanc subsequentem ant. cum palma trina vice crucifixum tangendo dicat: Scriptum est enim, percutiam pastorem . . .*“ — (21) „*Qua finita mutuatum per unum singuli flexis genibus ante crucem osculentur eam, sequitur ant. Osanna filio David . . .*“ — (22) „*Postea cantatur Ympnus: Crux fidelis . . .*“ — (23) „*Deinde in introitu ecclesie incipiatur Resp. Ingressante domino . . .*“ = Tab. nr. 24. — (24) „*Et cantantes perveniant ad ianuam ecclesie et dicatur hec oratio: Via sanctorum omnium . . .*“ — (25) „*In introitu chori incipiat cantor antiphonam: Turba multa. Ps. Benedictus. Oratio. Auge fidem.*“ = Tab. nr. 25. 23.

f. LXXXII: „*In cena domini post horam nonam missa in omnibus ecclesiis sollempniter agatur. Sed Gloria in excelsis, Credo et Ite missa est non cantantur, nisi in ecclesiis, ubi crisma consecratur et non in aliis.*“ — f. LXXXIII: post missam fer. V. in Caena Domini: „*Pontifex autem uel prespiter consecratas hostias ponat super patenam et cum syndone munda cooperiat, sigillo suo sigillet et diligenter reponat lucentibus cereis in sacrario usque parasceue.*“ — Dein f. LXXXIII—LXXXV: Lotio pedum, in fine cum hymno „*Tellus ac ethera jubilent in magna cena principis.*“

f. LXXXV—CII: „*Rubrica in die parasceuen. Hora sexta conueniant clerus et populus in ecclesiam ad adorandum crucem . . . Legitur autem hac die ipsa passio super pulpitem nudum in signum huius, quod super nudum crucis patibulum nudus fuit positus ipse Xps.*“ Liturgia collata cum Tab. XIX. I. Adoratio crucis. (1) „*Et finitis orationibus idem sacerdos cum uno alio sacerdote vadat ad sacristiam et discalceatis pedibus accipiant crucifixum cum casula discoeptum et portent ante altare cantando hos uersus: Popule meus . . . E contrario duo pueri ueniant ad chorum cantando: Agyos . . . Chorus: Sanctus . . .*“ = Tab. I. nr. 1. — (2) „*Tunc prespiter qui legit orationes, accipiat casulam de cruce et dicat eleuando alta uoce: Ecce lignum crucis . . .*“ = Tab. nr. 2. — (3) „*Tunc cantetur ympnus Crux fidelis . . .*“ = Tab. nr. 3. — (4) „*Oratio ad adorandum crucem: D. J. Ch.*

Deus verus . . .“ = Tab. nr. 4. — (5) „*Oratio. D. J. Ch. qui nos per crucis passionem . . .*“ = Tab. nr. 6. — **II. Missa sicca.** (1) „*Salutata cruce tam a sacerdote quam ab aliis veniat sacerdos indutus ante altare et expectet quousque corpus domini ei a dyacono offeratur. Dyaconus et cum eo duo vel tres clerici vadant ad locum, ubi pridie corpus domini est obseruatum et inde ablatum candelis lucentibus sub vexillo cum maxima reuerentia sacerdoti deferant ad altare, cantando hos versus: Laudes omnipotens . . .*“ = Tab. XXIX, II, nr. 1. — (2) Fere verbatim idem, ac in Tab. nr. 2. — (3) „*Et hoc iam dicto super altare ponens calicem ordinansque oblatas, quo completo more consueto fit incensio a sacerdote dicente: Incensum istud . . . Oratio: In spiritu humilitatis . . . Postea erectus uertit se ad populum dicens: Orate fratres et sorores . . .*“ — (4) „*Qua finita dicat lenta uoce: Oremus. Preceptis salutaribus . . . Sacerdos non cum silentio dicat: Amen. Deinde lenta uoce in tono orationis dicat: Libera nos quesumus domine . . . Chorus respondeat: Amen.*“ — (5) „*Corpus domini frangat in tres partes et immediate post fractionem unam partem mittat in calicem nichil dicens neque pax domini neque agnus dei neque pax datur. Orationes quoque iste uidelicet. D. J. Ch. fili dei vivi. Corpus tuum domine. Et quid retribuam, obmittuntur quia ibi de sanguine fit mentio. Obmittitur etiam illa oratio: Placeat tibi sancta, quia ibi continetur: Presta ut hoc sacrificium. Hac enim die sacrificium non offertur sacramentaliter, sed sumitur altera die communio. Et post communionem non dicitur: Perceptio . . . Tunc accipiat corpus domini cum patena dicens: Panem celestem . . . Oratio: Corpus domini n. J. Ch. . . .*“ — (6) „*Quibus receptis, obmissis omnibus que dici solent, ante sumpcionem calicis, immediate particulam hostie cum uino et aqua de calice sumat reuerenter et nichil dicat infra communionem, ut dictum est. Communio non dicatur, sed sacerdos more solito ablutis digitis reuertitur ad medium altaris inclinans et dicens: Quod ore . . . Pretermis- sis hijs: Corpus tuum domine. Placeat tibi sancta trinitas. Deinde ipse cum ministris in uestiariu[m] reuertatur.*“ — **III. Locatio sepulchri.** (1) „*Deinde hostijs ecclesie seratis et omnibus laicis exclusis sacerdos cum suis clericis pergat illuc, ubi post salutationem crucis deposuerunt et inde leuantes portent illuc, ubi sepulchrum parare uoluerint, ibi cera superponatur et diligenter purpurea tegatur, sed interim cum crucem leuant et de loco ad locum portant, ista responsoria perleguntur.*“ = Tab. XXIX, III, nr. 1—6. etiam responsoria. — (2) „*Novissime uero corpus domini in unam ualde mundam picidem mittatur et sigillo sigilletur et pallium ad pectus sancte crucis collocetur et dicatur resp. Sepulto domino.*“ — (3) „*Hijs itaque peractis et custodibus ordinatis, qui hoc sacratissimum corpus dominicum custodiant in psalmis et oracionibus ceteris perseverent, ipse autem chorus antequam recedat, dicit V. Adoramus te Ch. . . . V. Omnis terra adorat . . . Oratio. Respice quesumus, ut supra.*“

f. CIII—CX': „*Rubrica in sancto sabbato. Ornetur ecclesia omnibus ornamentis et utensilibus suis. Et hora sexta conueniat omnis clerus in ecclesiam, inde exeuntes uadant cum plena processione et crucibus et candelis sine igne et incenso ac vacuo thuribulo ad locum, ubi paratus est nouus ignis ad benedicendum, legendo psalmos XV uidelicet Ad dominum cum tribularer . . .*“ — **I. Benedictio ignis,** coll. cum. Tab. XXX, I. (1) „*Benediccio noui ignis. Oratio. D. s. pater . . .*“ = Tab. nr. 2. — (2) „*Oratio. D. qui per filium tuum . . .*“ = Tab. nr. 4. — (3) „*Oratio. D. d. noster pater . . .*“ = Tab. nr. 5. — (4) „*Tunc sacerdos aspergat ignem aqua benedicta, statimque candelae accendantur, redeuntibus uero in ecclesiam incipiat cantor hos uersus: Inuentus rutili . . .*“ = Tab. nr. 7. — **II. Benedictio cerei.** (1) „*Et finitis hijs uersibus uenit dyaconus dalmatica indutus ante altare et incipiat benedictionem cerei, interim uero offeratur incensum episcopo uel presbitero ad*

benedicendum.“ — (2) „*Benedicchio incensi. Oratio. Veniat . . . maiestatis assistat.* — (3) „*Oratio. Quesumus o. d. . . non possit.*“ — (4) „*Oratio. D. qui Moysi . . . suavitate.*“ — (5) „*Oratio. D. d. omnipotens . . . serpentis antiqui.*“ — (6) „*Exultet . . .*“ — III. *Benedictio fontis.* „*Sine tytulo genesis primo: In principio . . .*“ Omnia ut in Tab. XX, III, 1—5. — Post prophetias: „*Tunc uero ordinentur cruces et uexilla ac reliqua ad benedictionem fontis necessaria, sicut in ordine Romano continentur, deinde pontifex uel presbiter cum clero et populo et omni decore venient cantando hos uersus: Rex sanctorem angelorum . . . Secuntur ceroferarii in quos subdyaconus ferens sanctum oleum, inde vexilliferi, inter quos similiter subdyaconus ferens crisma. Postea duo thuribularii, inter quos subdyaconus indutus cappa ferens cereum pascalem. Subdyaconi uero ferens oleum et crisma debent esse induti alba subtili et phananem (!) habentes. Deinde sequitur subdyaconus cum dyacono plenarium ferentes, quos omnes presbiter sequitur et uenientes circuiunt fontem septem uicibus, choro stante in loco suo et ympnum uidelicet: Rex sanctorum angelorum totaliter canente. Ympno finito sequitur letania . . . Sancte Adalberte. Sancte Wenzelae . . . Sancte Stephane rex. Sancte Emerice dux. Sancte rex Ladislae.*“ — f. CX⁷: ante euangelium missae sabbati sancti legitur: „*Ante euangelium lumen non portatur, sed solum incensum, quia sancte mulieres que dominum in sepulchro querebant nondum lumen fidei in corde habebant perfecte.*“

f. CXI⁷—CXX: Ordo missae.

f. CXI⁷—CXII: „*Sequitur consecratio uini et aque quando mittitur in calicem*“, omnino ut in Tab. XIV, II, nr. 1—4. — Ritus offertorii: „*Hic statim post offertorium ponat crucem super oblatam et calicem dicens:*“ = Tab. XV. nr. 1. — (2) „*Quando offert hostiam super altare et dicat.*“ = Tab. nr. 2. — (3) „*Hic accipiat calicem dicens*“ = Tab. nr. 3. — (4) „*Hic signet altare in modum crucis*“ = Tab. nr. 4. — (5) „*Hic eleuans manus faciat crucem super utrumque et dicat.*“ = Tab. nr. 5. — (6) „*Hic inclinet se ante altare et dicat.*“ = Tab. nr. 9. (Nr. 6. 7. 8. Tab-ae desunt in codice.) — (7) „*Dum uertit se ad populum dicat.*“

f. CXII: Gloria. — „*De beata uirgine.*“ (Gloria.) — Credo. — f. CXII⁷—CXIII⁷: Praefationes. — f. (CXV—CXX): Canon.

f. CXXI: „*Post maiorem canonem sequitur benedictio et consecratio pascalis victus.*“

f. CXXI⁷—CLXIX⁷: „*In die resurrectionis domini ad aspersionem aque benedictio.*“ = Proprium de tempore a Pascha.

f. CLXIX⁷—CCXVI⁷: Proprium de sanctis.

f. CCXVII—CCXXXIX⁷: Commune sanctorum.

f. CCXXXIX⁷: Dedicatio ecclesiae.

f. CCXXXX—CCLX⁷: Missae uotivae: „*De sancto spiritu — de angelis — de s. cruce — de b. uirgine — de b. uirgine in aduentu domini: Rorate celi. Require post primam dominicam in aduentu domini (f. CCXXXXII⁷) — de s. Colomanno, Stephano, Emerico atque Ladislao (f. CCXXXXIII⁷) — ad suffragium omnium sanctorum (missae 4) — missa generalis — de sanctis quorum reliquie in ecclesia continentur — preces pro statutis ecclesie — pro episcopo — pro rege et regina et liberis — pro rege — pro regina — pro seipso sacerdote — pro peccatis — pro pace — pro pluuiis — pro serenitate — pro iter facientibus — pro amico — de caritate — pro concordia — pro infirmis — de sco Joseph (Aegyptiaco, f. CCLII) — de spinea corona — de passione domini — de quinque uulneribus — contra temptationes — pro furtis — in diebus rogacionum — contra mortalitatem — pro tribulatione — de tribus regibus — de lancea domini (f. CCLVII Gloria cum tropis, sicut in Missali*

Batthyány infra p. 170. — *pro tempestate — pro domno papa — in honore s. Sigismundi regis pro febricitantibus legantur hec euangelia super caput eius* (f. CCLVIII) — *Apolonie virginis — Incipit missa de nupcijs.*“

f. (CCLXI—CCLXIII) desunt.

f. CCLXIV: pro defunctis.

f. CCLXV—CCLXXX: „*Sequentur sequencie sec. ordinem.*“

30. MISSALE ITINERANTIUM EREMITARUM S. PAULI (SAEC. XV.).

(*Bibliotheca Praepositurae O. Praem. Jasoviensis.*)

Chartaceum — ff 70 initio et fine mancum — 29.7 × 21.6 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica f. 1—66': manus prima; f. 66'—70: manus secunda — compactum assibus corio fusco tectis — notae musicae 4 linearum — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae; 1 ornamentalis; ceterae excisae sunt.

PROVENIENTIA: In usum Hungaricum scriptum esse libellum elucet e f. 42', missa „*De sanctis Regibus Stephano (Emerico et Ladislao)*“; secunda manus proprium aliquod ad missale adiiciens, missam „*de sancto rege Ladislao*“ adiunxit (f. 68'—69). Librum manus secunda demonstrat pro eremitis S. Pauli concinnatum esse, describens missas „*de sancto Paulo primo heremita*“ et „*de sancto Augustino.*“ (f. 66'—67'.) Quod eo magis ponderandum est, quod tantum missae paucissimae assumptae sunt, nam agitur de missali, quo in itinere utebantur.

BIBLIOGRAPHIA: RInd nr. 116 a. ubi tamen erronee scripsi, librum portare inscriptionem ecclesiae S. Crucis de Lelesz.

- f. 1—1': (Missa de S. Joanne evangelista.)
- f. 1'—2': „*De sanctis Innocentibus.*“
- f. 2'—3': „*In Circumcisione domini prima missa.*“
- f. 3—4': „*In summa missa.*“
- f. 4'—5': „*In die Resurreccionis domini.*“
- f. 5'—6': „*In die ascensionis domini.*“
- f. 6'—7': „*De sancto Spiritu*“ (= Pentecostes).
- f. 7'—8': „*De sancta Trinitate.*“
- f. 8'—9': „*De corpore xpisti.*“
- f. 9—10': „*Michael arch.*“
- f. 10'—11': „*De omnibus sanctis.*“
- f. 11'—12': „*In purificatione b. m. v.*“
- f. 12'—13': „*In annunciacione b. m. v.*“
- f. 13—14: „*In festo visitacionis marie.*“
- f. 14: „*Marie de Niue.*“
- f. 14—15: „*In die Assumpcionis Marie.*“
- f. 15—16': „*In Natiuitate bte marie vg.*“
- f. 16': „*In Concepcione bte virginis marie. Totum officium quere in Natiuitate eiusdem.*“ Oratio peculiaris haec est: „*D. qui b. M. s. V.-is conceptionem angelico vaticinio parentibus predixisti, presta huic familie tue, ejus presidijis muniri, cujus conceptionis sacra solennia congrua frequentacione venerantur.*“
- f. 17—32': Ordo missae.
- f. 17—23': Offertorium, (1) collatum cum Tab. XV. „*Hic faciat crucem super hostiam et calicem dicens: Sanctifica qu. domine hanc oblacionem ut*

nobis unigeniti filij tui d. n. i. x. corpus et sanguis fiat.“ = Tab. nr. 1. — (2) „Deinde accipiens hostiam mediocriter eleuans offert d(icens): Suscipe s. pater . . .“ = Tab. nr. 2. — (3) „Ad calicem Offerimus . . .“ = Tab. nr. 3. — (4) „Inclinat: In spiritu humilitatis . . .“ = Tab. nr. 4. — (5) „Eleuet manus: Veni sanctificator . . .“ — (6) „Inclinat se super altare: Suscipe sancta trinitas . . .“ — (7) „Conuertens se ad populum: Orate fratres ad dominum deum patrem omnipotentem, ut meum ac uestrum sacrificium sit acceptabile eidem deo omnipotenti.“ — Dein: „Prephacio festiualis communis“ cum notis musicis; demum 11 praefationes, tantum prima et ultima cum notis musicis.

f. 23'—32: C a n o n. — f. 25'—26' elevatio non assignatur. — f. 30: „Hic osculetur altare: Pax et caritas Christi maneat in cordibus nostris.“

f. 32—32': „Exuens se sacerdos dicit hos psalmos.“

f. 33—48': „Misse peculiares.“ Missae votivae, etquidem: „De quinque ul(neribus) — De sancta cruce — Quotidianum officium bte marie virginis — Missa de angelis — Pro peccatis — Pro elemosinarijs — pro pace — Pro statu ecclesie — pro apostolico — Pro vniuersis ordinibus — Pro Rege — Missa pro semetipso — De omnibus sanctis — Generalis oracio — Generalis oracio — De sanctis quorum reliquie in ecclesia sunt — De sanctis Regibus Stephano. (f. 42') D. qui nos sanctorum confessorum Stephani, Emerici, atque Ladislai confessionibus gloriosis circumdadas atque protegis da nobis et eorum imitatione proficere et intercessione gaudere.“ — (f. 42') „De sanctis virginibus Katherina. D. qui sanctissimis virginibus Katherine Dorothee et Margarethe martirij palmam et beatissime Marie magdalene criminum veniam concessisti pr. qu. ut earum interuenientibus meritis et castitatis gracia decorari et a peccatorum nostrorum vinculis mereamur absolui.“ — „Contra paganos — Missa pro defunctis — In anniuersario — In die obitus defuncti. Si enim credimus . . . Grad. Si ambulem in medio umbre mortis . . . Tractus: Sicut ceruus . . . Offertorium: O pie deus qui primum hominem . . . Communio: Amen dico tibi . . . — Pro episcopo — Pro sacerdote — Pro patre et matre — Pro fratribus et confratribus — Pro vno defuncto — Pro benefactoribus et confratribus — Pro recommendatis — Pro his qui in cimiterio — Pro omnibus fidelibus.“

f. 49—66': „Minus commune.“ = Commune sanctorum: „De apostolis — De Euangelistis — De uno martire et pontifice — non pontifice introitus — De pluribus martiribus — De Confessore et pontifice — De Confessore doctore — De simplici confessore — De pluribus Confessoribus et pontificibus — De pluribus confessoribus — De una virgine martire — De virgine non martirizata — De pluribus virginibus — De viduis.“

f. 66'—70': Appendix aliquarum missarum. — f. 66': „Plurimorum apostolorum.“ — f. 66'—70': „Sequitur missa de sancto augustino.“ — f. 67—67': „Sequitur missa de sancto paulo primo heremita.“ Graduale: „O pater pie paula dux heremitarum, lux anachoretarum . . .“ — f. 67'—68: „De sancta Katherina.“ — f. 68: „De sancta dorothea.“ — f. 68—68': „Margarethe.“ — f. 68': „De sancta cruce post resurrectionem.“ — f. 68': „De omnibus sanctis.“ — f. 68'—69: „De sancto rege Ladislao.“ — f. 69: „De sancta anna.“ — f. 69—69': „De sancta maria magdalena.“ — f. 70—70': „Adalberti martiris.“ — f. 70': „Marci ewangeliste.“

In fine folium insititium membranaceum: Probationes calami, inter eas prosa: „Mittit ad uirginem . . .“

In parte interiore tegumenti anterioris: „In quadragesima isto ordine dicuntur collecte vsque iudica: Dominicis diebus: 1. coll. propria. 2. sec. tempus uel de festo incidente. 3. A cunctis. — Fer. II. 1. coll. pr. 2. De tribus regibus sanctis: Deus qui nos sanctorum confessorum.“ (Idem initium ac f. 42', ergo tres reges non

magi, sed S. Stephanus, Emericus, Ladislaus intelligendi sunt.) — „*Feria IV. 1. coll. propr. 2. Pro elemosinarijs. 3. D. qui potius baptismi. 4. Pietate. Feria VI. 1. coll. propr. 2. De sancta cruce. 3. Pietate. Feria 3-a. 1. coll. propr. 2. contra paganos, sc. O. s. d. in cuius manu sunt. 3. O. s. d. qui viuorum. Feria quinta. 1. coll. propria. 2. de corpore x-i. 3. O. s. d. qui viuorum. Sabbato. 1. coll. propria. 2. de sanctis virginibus sc. Deus qui sanctissimis virginibus.*“ (Idem initium ac f. 42': ergo agitur de virginibus Catherina, Dorothea, Margarita.) — „*Viurum dominarum (!)*“

31. MISSALE ITINERANTIUM O. FRATRUM MINORUM (SAEC. XV.).

(*Bibl. Universitatis Budapestinensis c. l. 106.*)

Membranaceum, inde a f. 66. chartaceum — ff 112 — 21 × 14 cm. — scriptura Gothica; unica columna — f. 1—65': prima manus; f. 66—112': secunda manus — compactum charta grossa (s. XIX.) — notae musicae 4 linearum — initiales rubrae simplices.

POSSESSOR: Aliquod monasterium O. F. M. Hungariae, nam liber pro fratribus Minoribus compilatus est; Bibliotheca Universitatis autem codices suos maxima parte 1786 e conventibus tunc a Josepho II. rege suppressis accepit.

PROVENIENTIA: Missale in usum fratrum minorum compilatum est, nam tantum Sancti Ordinis huius inveniuntur (f. 85—88) et in oratione „A cunctis“ bis legitur: „*B. Francisci.*“ (f. 76.) Ceterum nullum characterem nationalem invenimus in codice; unde vi supradictorum verisimiliter in Hungaria utebantur Missali hoc.

BIBLIOGRAPHIA: Cat. I. p. 84, ubi tamen erronee „rituale“ dicitur liber. — RInd nr. 86.

f. 1: Codex initio mancus est; incipit a complenda pro parentibus.

f. 1—3: Orationes missarum pro defunctis.

f. 3'—4': Gloria; Gloria B. M. V. — Credo.

f. 4'—20': **Ordo missae.** — f. 4'—5: „*Sequitur accessus altaris, facta confessione dicitur.*“ (Aufer a nobis . . .) — f. 5—6: „*Offerendo hostiam.*“ — f. 6—12': „*Sequuntur prephaciones et primo illa que canitur die festi et IX. lectionum.*“ Praefationes cum notis musicis. — f. 12'—14: „*Tonus collectarum ad missam et ad mat(utinum) uesperas cum suis pausis.*“ Cum notis musicis. — f. 14—14': „*Tonus evangeliorum cum accentibus pausis et interrogationibus sequitur.*“ Cum notis musicis. — f. 14'—20': Canon. „*Pro antistite . . . et rege nostro . . .*“

f. 20'—21: „*Gra(tiarum actio) p(ost) m(issam).*“

f. 21—23': „*In natali unius virginis et martiris.*“

f. 23'—25': „*In aduentu.*“

f. 25'—31: „*In nocte natiuitatis.*“ — „*In gallicantu.*“ — „*Ad summam missam.*“

f. 31—33': „*In die s. Stephani.*“

f. 33'—35': „*De s. Johanne.*“

f. 35'—37': „*De Innocentibus.*“

f. 37'—38': „*In die circumcisionis domini.*“

f. 38'—41: „*In epiphania domini.*“

f. 41—43': „*De purificatione domini*“, tantum missa.

f. 43': „*In festo annunciacionis bte virginis.*“

- f. 43'—45': „*In die resurrectionis domini.*“
 f. 45'—50': „*Feria secunda et tertia.*“ (post Pascha.)
 f. 50'—53': „*In die ascensionis.*“
 f. 53'—55': „*In festo s. spiritus.*“
 f. 55'—59': „*Feria secunda, tertia.*“
 f. 59—61: „*De sancto Johanne.*“
 f. 61—63': „*Petri et Pauli.*“
 f. 63'—65': „*De visitatione B. virginis.*“
 f. 66—68: „*De natiuitate Marie virginis.*“
 f. 68—70: „*De angelis.*“
 f. 70—72: „*Missa super Invasores.*“
 f. 72—75': „*Introitus quicumque homo optat.* (Introitus:) *Rorate celi.* (Orationes:) (1) „*D. qui de b. Marie virginis . . .*“ (2) „*D. qui corda fidelium . . .*“ (3) „*De Sanctissima Trinitate.*“ — (4) „*Cc. o. d. ut . . . noua per carnem natiuitas liberet . . .*“ (5) „*D. qui beate Anne tantam gratiam conferre . . .*“ (6) „*Pr. qu. . . ut familia tua per viam salutis incedat et b. Johannis precursoris . . .*“ (7) „*O. s. d. qui nos omnium sanctorum . . .*“ (Epistola:) *Virga de radice Jesse . . .* (Graduale:) *Tollite portas . . .* (Prosa:) *Ave Maria . . . virgo serena . . .* (Evangelium:) *Missus est . . .* (Offertorium:) *Aue Maria . . .* (Communio:) *Ecce virgo concipiet . . .*
 f. 75'—76: „*Missa quam fecit dominus papa Innocencius.*“ (III.) 3 orationes „*A cunctis.*“
 f. 76—78': *Orationes diversae.*
 f. 79—81': „*In die deposicionis defuncti.*“ — f. 79': „*Ista sequencia pro mortuis per dominum urbanum papam compilata est. Dies irae . . .*“
 f. 81'—83': „*In anniversario dedicacionis ecclesie.*“
 f. 83'—85': „*In s. Gregorii pape et confessoris.*“
 f. 85'—87: „*In s. Anthonij cf.*“
 f. 87—87': „*In s. Ludovici episcopi.*“
 f. 87'—88: „*In s. Clare virginis.*“
 f. 88—99: **Commune sanctorum.**
 f. 99—103': *Dominicae I—III. Adventus.*
 f. 103'—110': **Sequentiarium.**
 f. 110'—112': *Ordo ad faciendam aquam benedictam.*

32. MISSALE (FRAGMENTARIUM) ECCLESIAE HUNGARICAE (SAEC. XV.).

(*Archivum Civitatis Sopron nr. 96. 97. 98. 142. 143. 209. 210.*)

Membranaceum — ff 14 — 38 × 28.5 cm. sed aliqua folia abscisa — saec. XV. — scriptura Gothica, binis columnis — foliis his (binionibus) ligati erant, ut tegumentis, protocolla Civitatis Sopron ex annis 1581 (fragm. nr. 96), 1582 (nr. 97), 1583 (nr. 98), dein „*S. Michaelis Khirchenraittung*“ 1580 (nr. 209), et 1581 (nr. 142), et 1583 (nr. 143), demum „*S. Georgen Khirchen Raittung*“ 1581 (nr. 210.) — litterae initiales rubrae et caeruleae, 1 ornamentalis depicta.

PROSESSOR: sine dubio ecclesia S. Michaelis vel S. Georgii Soproniensis; cf. dicta supra apud Missale fragmentarium nr. 16, p 97.

PROVENIENTIA: praesumitur Hungarica.

Fragm. nr. 209. f. (1): Pars Sanctoralis: Missa Conversionis S. Pauli. — „*Projecti martiris*. — *In octava s. agnetis officium*.“

Fragm. nr. 142. f. (2): Pars Sanctoralis: **Benedictio candelarum** 2. Febr. „*(compre)hendat, ut nequaquam a via veritatis aberrat. Prefacio. V. D. . . . fons origo totius lucis qui mundum illuminasti . . . Finitis benedictionibus cerei aspergantur aqua benedicta et thure adoleatur sacerdos, reuertatur ad locum suum, postea imponatur an(tiphona): Hodie beata virgo maria puerum ihesum presentavit . . . et interim cerei distribuuntur. Or. O. s. d. qui vnigenitum tuum ante tempore de te genitum . . . Deinde anth(iphona) Lumen ad reuelacionem cum singulis uersibus Nunc dimittis. Tunc accendantur cerei, quo finito dicat sacerdos: Oremus. Illaminare quesumus domine populum tuum. Qua finita dicantur ant. Aue gracia plena dei genitrix. Et reuertatur processio, deinde ant. Adorna thalamum, alia ant. Responsum accepit. Ante ingressum templi dicatur oracio: Da quesumus domine populo tuo. Tunc intretur et imponatur ant. Cum inducerent. Qua finita sacerdos stans ante altare dicat v(ersum): Suscepimus deus. Oracio. Perfice in nobis quesumus domine, graciam tuam . . . Ad publicam missam officium*.“

Fragm. nr. 142. f. (1): (Continuatio folii praecedentis): Missa Purificationis Mariae.

Fragm. nr. 209. f. (2): Pars Sanctoralis: Missa S. Scholasticae. — „*Valentini martiris. — Juliane virginis et martiris. — In cathedra sancti Petri*.“ — (In missa haec observatio:) „*prefacio Te domine media melodia*.“ — „*In vigilia mathie apostoli*.“

Fragm. nr. 97. f. (1—1'): Pars Sanctoralis: Missa S. Barbarae. — „*Nicolai epi. officium*.“ — (In missa haec observatio:) „*collecta sci nicolai et do(minicae) sub una conclusione uel si placet plures dicere, tertia de octaua sci andree*.“ — „*Octaua sci andree. — In concepcione bte marie virginis*.“

Fragm. nr. 143. f. (1—1'): (Continuatio praecedentis folii): Missa de conceptione Mariae. — „*Damasij cf. — Lucie virg. — De sca Otilia*.“ (In fine adnotatio:) „*Missa cum Benedicamus domino clauditur*.“ — „*De euangelistis officium*.“ (Missa Os iusti.)

Fragm. nr. 143. f. (2—2'): Continuatio missae praecedentis de euangelistis. „*Incipit commune sanctorum Et primo in vigilia unius apostoli*.“

Fragm. nr. 97. f. (2—2'): Missa de communi apostolorum.

Fragm. nr. 210. f. (1—2'): Missa de communi unius martyris. — „*De pluribus martyribus*.“

Fragm. nr. 98. f. (1—2'): Missae votivae per hebdomadam. Finis missae de Spiritu Sancto, — „*feria quarta de angelis. — feria quinta de caritate. — feria VI. de sca cruce*.“ — (f. 2—2'): Missa votiva B. Mariae V.

Fragm. nr. 96. f. (2—2'): Missae votivae: „*Pro seipso sacerdote*“, missa plena. — „*Pro temptatione carnis*.“

Fragm. nr. 96. f. (1—1'): „*Mortuorum officium*.“ Missa.

33. MISSALE (FRAGMENTARIUM) ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XV.

(*Archivum Civitatis Sopron nr. 203. 204. 205. 206.*)

Membranaceum — ff 8 — 33.2 × 26.6 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica — binionibus his ut tegumentis, compacti erant rationes redditae Civitatis sequentes: „*S. Michaels Khirchen Raittung*“ 1585 (fragm. nr. 203.) et 1586 (nr. 204.) deinde: „*Scharckhanische Raittung*“ 1585 (nr. 205.) et 1586 (nr. 206.) — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae.

POSSESSOR: Sine dubio ecclesia S. Michaelis vel S. Georgii Sopronii; v. supra dicta de fragmentis Archivii, p. 97. •

PROVENIENTIA: Iure praesumpta Hungarica certo demonstratur e missa S. Stephani regis (fragm. nr. 203.)

Fragm. nr. 203. f. (1—2'): Pars Sanctoralis: Finis missae de Assumptione. — „*In octava s. Laurentii. — Agapiti martiris. — Ludwici*“ (cf. et pont. O. F. M.) — (f. 1'): „*Stephani regis. (Introitus:) Os justi. (Oratio:) D. qui b. Stephanum . . . ad terreni imperii . . . (Epistola:) Dedit dominus . . . (Graduale:) Domine preuenisti. Alleluia. V. Amavit hunc sanctum dominus, gemmis honoris et ornauit, induit eum dominus stola immortalis et ad portas paradisy coronauit. — (Evangeliolum:) Vigilate ergo. — (Offertorium:) Veritas mea. — (Communio:) Beatus seruus.*“ — „*De sancto Wernhardo.*“ — Missa Decollationis Joannis — „*Felicis et Adaucti. — Egidij conf.*“

Fragm. nr. 205. f. (1—2'): Missa sabbati quatuor temporum autumnii; eodem folio (2): „*In vigilia sci (Matthaei)*“ unde videtur, missam hanc in hoc codice in parte sanctorali locum habuisse, non in Temporali. — f. (2'): „*In die sancto (S. Matthaei)*“.

Fragm. nr. 204. 206. 4 folia in hoc ordine veniunt: f. „CCCVI“ (antiquae numerationis) = fragm. nr. 204. f. (1—1'): „*Pro quacunq[ue] congregatione. — Pro concordia. — Pro semetipso.*“ — f. „CCCVII.“ et „CCCVIII.“ = fragm. nr. 206. f. (1—2'): „*alia pro semetipso. — Pro temptatione carnis. — Pro petitione lacrimarum. — Pro peccatis. — Alia pro peccatis. — alia pro peccatis. — Pro salute vnius uiui.*“ — f. „CCCVIII.“ = fragm. nr. 204. f. (2—2'): continuatio praecedentis missae. — „*Pro salute uiuorum. — Pro confinitate. — Pro elemosinas facientibus.*“

34. MISSALE CATHEDRALIS SALZBURGENSIS SAEC. XV.

(*Bibl. Cathedralis Sabariensis cod. lat. 2.*)

Membranaceum — ff 175 (sec. antiquam numerationem deperierunt ff 79) — 40×30 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica, binis columnis — compactum assibus corio fusco tectis, munitum lamellis angularibus et umbilicis aereis (s. XV.) — initiales rubrae et caeruleae, 2 ornamentales supersunt, ceterae omnes excisae e libro olim ornatissimo.

PROVENIENTIA: Deficiente Calendario etiam Sanctorale libri evidenter demonstrat missale hoc pro dioecesi Salzburgensi scriptum esse, cf. festa: 30. Jun. Erndrudis v. — 4. Sept. Translatio s. Erndrudis. — 24. Transl. S. Rudberti. Eodem die Chunibaldus et Gyslarius. — 26. Virgilij epi. — 1. Oct. Octava transl. S. Rudberti. — 3. Octava S. Virgilij. — 27. Nov. In depositione S. Virgilij. Quae omnia dioecesim Salzburgensem produunt.¹ — Sed ostendere possumus, codicem olim ornatissimum directe pro ecclesia Cathedrali Salzburgensi scriptum esse. Rubricae semper de „*praelato pontifice*“ loquuntur, imo legitur: „*Pueris recedentibus ueniat dominus episcopus uel sacerdos ante crucem*“ (f. 60'); etiam assistentia Cathedrali digna cernitur: „*. . . accedat custos ecclesie qui denudet crucem uelatam*“ (f. 60'), „*tunc archidiaconus astans palma . . . pontificem leui ictu tangit*“ (f. 60'); „*de quo igne illuminato candela ponatur in arundine et a mansionario ecclesie populo portetur*“ (f. 72.)

BIBLIOGRAPHIA: Pálinkás Géza, A szombathelyi székesegyházi könyvtár régi kéziratának és ősnymtatványainak jegyzéke: A vas megyei régészeti egylet

¹ A. Lechner, Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern, Freiburg i. B. 1891, 127—147.

évkönyve 19/20 (1891—92) 12—13 p. — Idem, (Catalogus manuscriptus:) A szombathelyi székesegyházi könyvtár codexének, ősnymtatványainak, régi magyar könyveinek jegyzéke 1892-ből, 23—24 p. — Fejérpataky László, Középkori kéziratok a szombathelyi papnövelde könyvtárában, MKSz 1894, p. 14. nr. 4. — RInd nr. 126.

f. 1': (adglutinatum tabulae anteriori, alia manu:) „*Officium de conceptione marie virginis.*“ Missa Egredimini.

F. „I.“ antiquae numerationis deest.

f. 2—108': „... *feria liber lectionarij representat si festis impediētibz sanctorum in suo loco legi non possunt, quaecunque autem feria vacauerit in ipsa legantur.*“ = Proprium de tempore a Dom. (I.) Adventus usque Corpus Chr-i. Incipit propter lacunam fer. IV. post dom. I. Adventus. Etiam lectiones fer. IV. et VI., item omnes feriae quadragesimales leguntur.

Post f. 9: desunt f. ant. numerationis „X. XI.“ (Nativ. Domini.)

f. 26—27: „*Feria IIII in capite ieiunij. Sequitur benedictio cinerum eo ordine quo in benedictionali scripta est. Qua finita incipit cantor antyfonam Exaudi nos.*“ Post impositionem cinerum: „*Quibus percantatis leuata cruce velata fiat processio cantando R. Paradisi portas absque versu. Item processionem quotidie facimus per totam XL-mam.*“ Et sic ante introitum uniuscuiusque missae ferialis legitur oratio ad processionem hanc, v. g. f. 53: „*Feria VI. pro peccatis ad stacionem (!)*“ — Ritus alius legitur f. 27: „*Singuli in officio ieiunij in canone prosternimur super formas, quod et obseruamus in quatuor temporibus et in vigilijs sanctorum preter tempus paschale.*“

f. 60—60': „*Dominica in palmis. Finita tertia benedicentur solito more sal et aqua.*“ (1) „*Et post aspersionem cleri et populi dicat sacerdos solitam collectam premissa V. Domine apud te est fons uite. Dom. uobiscum. Oremus. Oracio. Pr. qu. dne pro huius creature aspersione.*“ — (2) „*Qua finita sequitur benedictio frondium et palmarum, que ibi strate inueniuntur et a prelato dicantur he oraciones, premissa salutatione. Dom. uob. Oremus. O. s. d. qui dominum nostrum.*“ — (3) „*Alia oracio. D. quem diligere et.*“ — (4) „*Deinde subdyaconus qui lectionem legens prosequitur premissa titulo Leccio libri Exodi. In diebus illis Venerunt filij israel in helym.*“ — (5) „*Qua finita chorus incipiat cantare: Collegerunt pontifices, clero respondente: Vnus autem ex illis Caiphaz, cum repetitione: Ne ueniant romani.*“ — (6) „*Dein dyaconus petita a prelato benedictione et premissa salutatione Dominus uobiscum solenniter legat ewangelium Secundum marcum: Cum appropinquaret.*“ — (7) „*Deinde prespiter premissa salutatione Dom. uob. dicat hanc oracionem: Adesto nobis o. d. ut quod nostro ministratur officio.*“ — (8) „*Demum sequuntur exorcismi et benedictiones palmarum et frondium, sicut in libro benedictionali continentur.*“ — (9) „*His oracionibus dictis spargitur aqua benedicta super ramos palmarum et frondium et aliarum arborum.*“ — (10) „*Post aspersionem et thurificationem factam dicatur hec oracio premissa salutatione Dom. uob. Oremus. D. qui filium tuum unigenitum.*“ — (11) „*Alia oracio. Omnipotens genitor qui unigenitum.*“ — (12) „*His collectis dictis distribuuntur palme et cantores imponant ant. Ante sex dies pasce sollempnis.*“ — (13) „*Finita ant. dicta prelatus: Dom. uob. Oremus. O. s. d. qui dominum.*“ — (14) „*Tunc demum senatus (!) vexillis et cruce imponantur hec antyphone: Cum appropinquaret ihesus. Ant. Cum audisset. Ant. Ceperunt. Ant. Turba multa. Et fiat processio ad locum, ubi stacio agenda est, inueniaturque ibi crux uelata et tepeca (!) strata ante ipsam crucem, super quem pontifex seu prelatus cum ministris debet procumbere.*“ — (15) „*Cum autem ad stacionem peruenerint, et tam clerus quam populus reuerenter per turmas in oracione sua steterint, cantores incipiant ant. Occurrunt turbe cum flo(ribus). Ant. Fulgentibus*

palms. Ubi pontifex in medio stans cum ministris cum clero et populo prosternunt dominum adorantes.“ — (16) „Tunc accedat custos ecclesie qui denudet crucem uelatam, cantoribus inchoantibus hymnum: O crux aue spes unica. Omnibus prosternentibus silenter, fiat ad alterum versum Te summa deus trinitas.“ — (17) „Deinde duo pueri accedant duas cappas habentes in manibus, incipiant ant. Pueri hebreorum uestimenta, cappas in terram iactantes proni adorent crucifixum, clero interim eandem Ant. cantante.“ — (18) „His recedentibus continuo veniant alij duo pueri ramos palmarum in manibus tenentes, inchoetur anty. Pueri hebreorum tollentes, et iactent ramos palmarum in terram, proni adorantes crucifixum, et clerus interim ipsam antiphonam finiat.“ — (19) „Pueris recedentibus ueniat dominus episcopus uel sacerdos ante crucem et prostratus adoret crucifixum, choro eadem (!) antiphona (!) cantante: Scriptum est enim percuciam pastorem, tunc archidiaconus astans palma, quam manu prefert, prostratum pontificem leui ictu tangat et cum uentum fuerit ad eum locum, ubi canitur: Postquam autem surrexero, ipse pontifex surgat et finita ant. dicat oracionem:“ — (20) „Oremus. D. qui miro dispositionis.“ — (21) „His peractis ex scola pueri iuxta crucem hunc himnum cantent inter omnes huius himni versus inclinantes capita ad crucem: Gloria laus et honor, clero prosequente eundem versum eo ordine sequuntur alij versus: Israel es tu rex, respondit scola: Gloria laus et honor et ita a principio repetatur per omnes versus.“ — (22) „Finitis versibus crux uelatur a duobus subdiaconibus cum vexillis progrediantur ad ecclesiam, cantoresque imponunt responsorium: Ingrediente domino, prosequente omni clero per iter et versum: Cum audisset; finita repetitione, responsorium a principio repetatur et sic chorus ingrediatur, — (23) ibique sacerdos dicat oracionem Oremus. Adiuua nos deus. — Tunc ministri deponunt dalmaticam et subtile, quibus usi sunt in processione et rubeis casulis induantur et sic ad officium misse ingrediantur.“

f. 71'—72: „In cena domini altaria, eciam templi parietes siue paruimenta ecclesie lauuantur et uasa domini sacra purificantur. Eadem die in cena domini hora nona, quando longiores sunt dies, seu hora quinta, quando breuiores sunt, excruciatu ignis de silice ante in loco foris basilicam et benedicatur hoc modo.“ (1) „Oracio. D. qui per filium tuum angularem scilicet lapidem . . . festa pertingere.“ — (2) „Alia oracio. D. d. p. o. lumen indeficiens . . . peruenire mereamur.“ — (3) „Alia oracio. D. s. p. o. e. d. benedicientibus nobis hunc ignem . . . illustra gracia celesti.“ — (4) „Post incensum lumen alia oracio. Veniat qu. o. d. super hoc incensum . . . maiestatis assistat.“ — (5) „De quo igne illuminato candela ponatur in arundine et a mansionario ecclesie populo portetur, et de ipso igne lampas vna seruetur usque in sabbatum sanctum, ad illuminandum cereum, qui eodem die benedicendus erit. Illuminata autem ecclesia usque ad uigilias permaneat et sic ingrediantur ad missam, de cuius ordine in loco suo plenius dicitur. Sed ministri hac die utuntur vestibibus solennibus, scilicet subtili et dalmatica. Signa eciam campanarum ad missam festiue consonant, quod usque ad sabbatum sanctum differunt.“

f. 73'—78: „Sequitur nunc ordo misse feria sexta in parasceuen. — Nona dicta conueniant ante altare sancte crucis et illuminentur due candele ad officium misse peragendum et preparent se sacerdos cum ministris quadragesimalibus uestibus induti, planetis fuscis, non nudis pedibus procedentes ad altare cum silencio. Et mittatur paruum lintheum super altare nudum. Ante euangelium uero non portentur candelae, uel incensum.“ — f. 74: „Quo finito legatur Passio d. n. J. Ch. secundum Johannem, absque titulo et sine benedictione et salutacione, ita incipiens: Egressus ihesus. Et sint due syndones inuicem sibi coherentes super altare sub ew(angelia)rio. Et in eo loco ubi legatur: Partiti sunt sibi uestimenta mea, scindant

eas duo accoliti in modum furantis et secum auferant.“ — F. 77—77': **Adoratio crucis:** „*Finitis oracionibus portetur crux velata de sacrario a duobus sacerdotibus indutis sacerdotalibus uestibus et rubeis casulis et procedentes cantent versus: Popule meus . . . quibus tres scolares induti cappis purpureis greco sermone succinunt: Aggos o theos . . . choro respondente: Sanctus deus . . . Hoc fiat tribus vicibus genua flectentes ad quodlibet Sanctus . . . Cum autem uenerint ante altare, crucem uidelicet eleuent eam cantando anty. Ecce lignum . . . adoremus. Ps. Beati immaculati in uia qui ambulant in lege domini. Finito versu iterum leuatur crux cantando: Ecce lignum ut prius. Interea ueniat pontifex cum ministris et adoratam crucem deosculentur. Deinde presbiteri, dyaconi, subdyaconi, accoliti ac ceteri per ordinem, demum populus cum genuflexione. Salutante uero clero et populo crucem, chorus cantet anty. Dum fabricator mundi . . . et alia anty. O admirabile precium . . . Idem sacerdotes qui uelatam crucem apportauerunt, cantant hunc himnum: *CruX fidelis inter.*“ — Post missam praesantificationum sequitur **locatio sepulchri dominici** f. 77'—78: — „*Communione completa et sepulchro preparato et decenter ornato sint in promptu tria thuribula cum incenso thure mirra et thimiamate, et quatuor candele ardentis, et pontifex siue presbiter cum alijs sacerdotibus et ministris portent imaginem crucifixi uersus sepulchrum lugubri uoce cantando hoc responso-rium: Ecce quomodo moritur iustus. V. In pace factus, et repetitione finitis colloce- tur in sepulchro et lintheaminibus et sudario cooperiatur. Demum lapis suppona- tur. Quo facto clerus imponat responsoria ista: Sepulto domino. V. Ne forte, cum repetitione. R. Recessit pastor bo(nus). V. Ante cuius conspectum cum repetitione sequitur versiculus: In pace factus est locus eius, et habitacio eius in syon, quo versi- culo omnes sequentes hore clauduntur.*“*

f. 78—85': „*Sequitur ordo misse sabbato sancto ac solenissimo. Primo mane ornatur ecclesia cum utensilibus suis et uestiantur altaria. Ipsa die ad horam nonam pontifex uel sacerdos et ceteri ministri induti uestibus sacris precedentibus et thuribulo et sacro fonte et duabus candelis non accensis, que postea in fontem baptismatis tingende sunt, procedant ad locum aptum, ut inueniant ignem in quinta feria de silice excussum. Sequitur omnis clerus cantando septem psalmos penitencionales (!) absque Gloria patri, et finita letania benedicique (!) pontifex siue sacerdos ignem humili uoce hoc modo. D. mundi creator, auctor luminis, siderum fabricator . . . religio christiana non ambigit. — D. s. p. o. e. d. . . benedicimus hunc ignem et eum cum cera et omnibus eius alimonijs . . . fidei calore clarifica. Benedicto igne imponitur de ipso in thuribulum et inmittaturque (!) incensum et thurificetur, et aspergatur sacro fonte ignis. Tunc accendatur ex eo cereus positus in arundine et deportetur ab archidyacono necnon duo cerei staturam hominis habentes reporten- tur et procedant omnes sil(ent)er de loco benedictionis in ecclesiam cum ipsis cereis cantantes himnum prudentij: Inuentor rutuli (!) . . . Finitis uersibus illuminentur ex eodem lumine septem lampades ante altare que tunc prius sine lumine erant. Cereus uero magnus, qui benedicendus in candelabro ponitur ante altare, habens inscriptum annum incarnationis dominice scultamque figuram crucis xpi, ubi post ea archidyaconus inmittit frustula incensi. (f. 79) Congregatosque (!) hinc inde omni clero seu populo ueniens archidyaconus et humiliter inclinatus rogat pro se orari atque ut se erexit completur ab eo benedictio cerei a beato Gelasio papa instituta: Exultet iam angelica turba celorum . . . Cereo benedicto illico illumi- nentur ab eo duo cerei staturam hominis habentes et de ipso nouo et benedicto igne accendant in omni domo, quia ignis anterior, qui tunc ardebat, extingui debet.*“ — f. 79—85: duodecim prophetiae, ut in MRom. — f. 85: „*Deinde pontifex seu presbiter procedit cum ministris precedentibus seu vexillis et thuribulo et cereo magno*

et duabus candelis staturam hominis habentibus et duobus subdiaconibus crisma et oleum sanctum portantibus, habeantque uas aureum, cui mittatur postmodum de crismate, oleo sancto et ad locum, ubi dicendum est: *Fecundetur et sanctificetur, intra fontem in modum crucis immittatur. Sequitur autem chorus cantoribus precinentibus letaniam septenam circumeundo atque pontifex cum predictis ministris fontem baptismatis septem uicibus. Finita letania agitur benedictio fontis. Deinde pontifex seu presbiter baptizet unum uel duos pueros, uel quantum ei placuerit, masculos primum deinde femellas (!), liniatque eos crismate et oleo sancto. Interim autem dum baptizantur infantes, incipiat trina letania et ita chorum ingrediantur.*“

f. 85'—108': „*In die resurrectionis . . . Ad summam missam.*“ **Temporale** usque „*in die corporis cristi.*“ — f. 86'—92: hebdomada paschalis cum sequentiis propriis pro unaquaque die. — f. 93—94: „*De lancea domini.*“ — Post f. 99: desunt f. „C. CI.“ antiquae numerationis (ascensio). — Post f. 100: deest f. „CV“ ant. numerationis (pentecostes).

f. 108'—111': **Ordo missae.** — f. 108': Gloria; Gloria B. Mariae V. — f. 108'—109: **Praeparatio oblatorum ante missam:** „*Infundendo uinum dic: In nomine patris et filij et spiritus sancti benedicatur hec creatura uini. Ad aquam dic: In nomine p. et f. et sp. s. benedicatur hec creatura aque. Ponat hostiam cum patena super calicem dicens: In nomine p. et f. et sp. s. sacrificetur hoc sacrificium omnipotenti deo offerendum. Ad ewangelium dicat . . . Consequenter dicat symbolum compositum a niceno.*“ — f. 109—109': **Offertorium.** „*Finito offertorio sacerdos manibus simul compositis ante altare inclinet se dicens: In spiritu humilitatis . . . Deposita custodia faciat crucem super calicem et hostiam dicens: In nomine p. et f. et sp. s. Deinde tolle patenam cum hostia utrisque manibus in altum et dic: Tibi domino deo creatori meo ego indignus famulus tuus offero tibi hostiam pro salute et remissione omnium peccatorum meorum et cunctorum fidelium uiuorum et mortuorum. Per . . . Fac crucem cum patena et depone hostiam super corporale et dic: In nomine p. et f. et sp. s. Fac crucem super hostiam et dic: Sanctifica qu. d. hanc oblacionem panis et pr. ut nobis unigeniti tui corpus fiat. per eundem . . . Similiter fac crucem super calicem: In nomine p. et f. et sp. s. Tolle calicem ambabus manibus et dic: Offerimus tibi dne calicem salutaris . . . Locando calicem faciat cum eo crucem: In nomine . . . Fac crucem super calicem dicens: Sanctifica dne hunc calicem et presta: ut nobis unigeniti tui sanguis fiat. Per . . . Leua manus et benedic utrumque dicens: Veni creator et sanctificator . . . Coopere (!) calicem. Deinde inclinatus ante altare compressis manibus dicas: Suscipe sancta trinitas . . . Deinde osculetur altare, conuersus ad populum dicat: Orate pro me peccatore fratres et sorores, ut meum ac uestrum sacrificium acceptabile sit omnipotenti deo. Per . . . Domine exaudi . . . et clamor . . . Sequitur secretum unum uel plura et in fine concludit: Per omnia secula seculorum.*“ — f. 109'—111': Praefationes. — Post f. 111: desunt f. „CXVII—CXXXIII“ ant. numerationis (Canon et Dom. I—VI. post Pentecosten.)

f. 112—119': **Proprium de tempore:** Dominicae post Pentecosten. — Post f. 119: desunt f. „CXLII—CLXXVIII“ dominicae a XIII. post Pent. et pars Sanctoralis a 1. Jan.—23. Jun.

f. 120—159: **Proprium Sanctorum** (a die 23. Jun.—20. Dec.) — f. 124': „*Deposicio sancte Erndrudis vg.*“ — f. 128: „*Hainrici imperatoris.*“ — f. 134: „*Transfiguracio domini.*“ — f. 141: „*Infra octauam et in octaua sci augustini per totum ut supra in die eius.*“ — f. 141: „*In translacione s. Erndrudis v.*“ — f. 143': (8. Sept.) „*Eodem die s. Corbiniani epi. Require supra in deposicione s. Rudberti.*“ — f. 145': „*In translacione s. Rudberti*“ — „*Eodem die de scis chunibaldo et gysla-*

rio.“ — f. 148: „*Oct. transl. s. Rudberti.*“ — f. 156: „*In deposicione sci Virgilij.*“
Collecta: „*D. qui b. Virgiliū confessorē tuū atque pontificem qui uirga uigilans
pro nobis uigilauit in terris uigilibus angelicis associasti in terris, quesumus, ut
eius meritis sibi suisque conuigilibus in eterna patria nos annumerare digneris.*“

f. 160—173: **Commune sanctorum.** — Post f. 170' desunt f. „CCXXXI—
CCXXXII“ antiquae numerationis.

f. 173': „*Inciipiunt misse uotiuē per ebdomadā in priuatis diebus.*“ Dein
statim lacuna, desunt f. „CCXXXVI—CCLII“ antiquae numerationis.

f. 174—174': Missae pro defunctis.

In tabula posteriore, alia manu: „*Officiū de 14 adiutoribus.*“

35. MISSALE ROMANUM SAEC. XV.

(*Universitas Budapest. cod. lat. 89.*)

Membranaceum — ff 97 — 29 × 18 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica, una
columna — compactum assibus corio fusco tectis, munitum lamellis angularibus
umbilicisque aereis — litterae initiales rubrae, caeruleae, virides, 10 ornamentales
depictae.

PROVENIENTIA: Codex nullum characterem nationalem ostendens ubique
potuerat in usu esse. Spiritum antiliturgicum exeuntis mediū aevi prodit absentia
dominicarum et missarum ferialium.

BIBLIOGRAPHIA: Cat. I. p. 61. — Timár Kálmán, *Prémontrei kódexek*,
Kalocsa 1924, 22 s. — Berkovits Ilona, *A budapesti Egyetemi könyvtár festett kéz-
iratának egy csoportja*, MKSz 1931, 7 s. — RInd nr. 84.

f. 1—54': „*Dominica prima in aduentu domini.*“ **Proprium de tempore** usque
festum Corporis Christi. Tantum dominicae habentur, excepto IV. Aduentus,
festa et feriis IV. et VI. quatuor temporum. Sabbata quatuor temporum iam
non leguntur; scriptor uidetur breuitatis causa ea omisisse, sicut et loco passio-
nis in Dominica Palmarum in missa adnotatur: „*Ewangeliū Cum appropin-
quasset Require uertens in aduentu.*“ Item desunt omnes dominicae post domini-
cam in albis. Missae feriales solae: „*feria Tercia post Judica*“ (f. 36'); feriae II.
et III. post Pascha, sed hae festa erant, „*feria Sexta post spiritus domini*“ (f.
50'—51').

f. 55—60: **Ordo missae.** — f. 55—56': Praefationes. — f. 57—60: Canon.

f. 60'—83: „*In uigilia sancti andree.*“ **Proprium sanctorum** usque 25. Nov.
Tantum haec festa habentur: Andreas — f. 63: „*de conceptione s. Marie*“ — f.
63': „*ffabiani et sebastiani*“ — f. 64: „*In purificatione s. Marie.*“ — f. 66: „*In
annunciacione s. Marie.*“ — f. 66': „*Tempore pascali. Tyburcij et valeriani.*“
— f. 67': „*Georij mr.*“ — f. 68': „*De inuencionē s. crucis.*“ — f. 70: „*Johannis
waptiste.*“ — f. 71': „*Petri et Pauli.*“ — f. 73: „*De uisitacione s. Marie.*“ — f. 74':
„*Hermochore et Fortu(nati).*“ — f. 75': „*De s. Maria magdalena.*“ — f. 77: „*De
assumpcione Marie.*“ — f. 78': „*In natiuitate s. Marie.*“ — Post f. 78: duo folia
desunt. — f. 79: (Exaltatio s. crucis) — f. 79': „*De sancto Michaele.*“ — f. 81':
„*In die omnium sanctorum.*“ — f. 82': „*Martini epi.*“ — Post. f. 82 iterum duo
folia desunt. — f. 83: (Catherina v.)

f. 83—97: „*Inciipit commune sanctorum per ordinem primo de ewangelistis*“
In communi de uirginibus mancus desinit.

36. MISSALE CAPELLAE S. CATHERINAE ARCIS PFANNBERG DIOEC. SALZBURGENSIS (SAEC. XV.).

(*Bibl. O. S. B. centralis S. Montis Pannoniae.*)

Membranaceum — ff 149 — 39×29 cm. — saec. XV. — scriptura Gothica binis columnis — compactum assibus corio fusco tectis, munitum lamellis angularibus umbilicoque aereis — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae; 2 ornamentales; imago Canonis depicta.

POSSESSOR: f. 1: „*Illud missale testatum est a dno wolfgango Possi Felicis memorie olim Cappellanus (!) in castro Phannberg. Ad capellam sancte katherine virginis et martiris unacum maiore calice cum suis attinentibus vt vnusquisque Cappellanus ibi existens ipsum prefatum wolfgangum suis oracionibus recommendatum habeat.*“

PROVENIENTIA: Dioecesim Salzburgensem esse locum originarium ostenditur festis huius missalis 27. Mart. „*Deposicio s. Rudberti.* — 30. Jun. Erndrudis v. — 4. Sept. Translacio erndrudis. — 24. Translacio Ruthberti cf. Chunualdo et Gislario. — 25. Dedicacio Eccl. Salzburgensis. — 26. Translacio Virgilij epi. — 30. In oct. S. Rudberti (fol. 117 cum sequentia propria.) — 27. Nov. Deposicio Virgilij. — 4. Dec. Oct. s. Virgilij.“ — Missale non solum legatum est Capellae Pfannbergensi S. Catherinae, sed etiam scriptum; quod demonstratur duabus sequentiis pro festo S. Catherinae (f. 125—125' „*Aue persignis martir . . .*“ et „*Sanctissime virginis votiva festa . . .*“) quod secus nunquam occurrit. Etiam simplicitas ritus hoc commendat: celebrans „*presbiter*“, nunquam „*pontifex*“ vel „*praelatus*“ vocatur. Arx Pfannberg in dioecesi Salzburgensi sita erat.

BIBLIOGRAPHIA: Mihályi Ernő, Pannomalma, in Magyar Művészet 1928, 37 (tantum imago Canonis) — RInd nr. 122.

f. 1: (alia manu) „*Collecta de scto Joseph sponsus (!) marie virginis*“ — „*Pro proficiscentibus ad partes longinquas.*“ (De tribus magis.)

f. 1—1': (alia manu) „*Benediccio auri thuris et mire in die Epyfanie.*“

f. 2—4': **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. s. Stephani. — (3) Oct. s. Johannis. — (4) Oct. Scor. Innocentium. — (7) Valentini mr. — (8) Erhardi epi. — (9) Juliani mr. — (10) Pauli primi heremite. — (13) Hilarij epi. — (15) Mauri et macharij. — (17) Antonij. — (24) Thimothei apli. — (26) Policarpi. — (27) Johannis crisost. — (29) Valerij epi. — (31) Virgilij epi. et soc. eius.

Febr. (1) Brigide v. — (3) Blasij epi. et mr. — (6) Dorothee v. et mr. — (9) Apollonie v. Altonis cf. — (10) Scholastice v. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli. — (25) Walpurgae v. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Leonis pp. Donati mr. — (3) Deposicio Kunigundis v. — (4) Adriani mr. Lucij pp. et mr. — (8) Quadraginta militum. — (10) Marine v. — (14) Leonis pp. — (15) Longini mr. — (16) Ciriaci et soc. — (17) Gerdrudis v. et Patricij epi. — (21) S. Benedicti. — (24) Quirini mr. — (26) Castuli mr. — (27) Deposicio s. Rudberti. — (28) Rogati mr. — (31) Sabine v.

Apr. (1) Conuersio marie magdalene. — (4) Ambrosij epi. — (7) Celestini pp. — (9) Marie egiptiace. — (12) Zenonis epi. — (15) Helene regine. — (17) Petri diaconi. — (18) Eleuterij mr. — (20) Victoris epi. et mr. — (21) Sotheri pp. — (22) Gaij pp. — (24) Georgij mr. — (25) Marci ev. Letania romana. — (26) Trudberti, Analecti (!), Marcelli. — (27) Anastasij pp. — (29) Cleti pp. — (30) Quintini epi.

Mai. (1) Walpurgae v. — (2) Sigismundi regis et mr. — Anastasij (!). — (4) Floriani et soc. eius mr. — (5) Gotthardi epi. — (8) Victoris mr. — (13) Gangulfi mr. — Seruacij. — (14) Victoris et Corona. — (15) Sophie v. — (16) Eufemie v.

— (19) Potenciane v. — (23) Desiderij epi. — (26) Ecelitherij mr. (!) — (28) Johannis pp. et mr. — Wilhelmi. — (29) Maximini epi. — (30) Felicis pp. et mr. — (31) Petronille.

Jun. (3) Erasmi mr. et epi. — (5) Bonifacij et soc. eius. — (11) Barnabe apli. — (13) Antoni monachi. — (15) Viti Modesti et Crescencie. — (20) Paulini (!) epi. — (21) Albani mr. — (22) Achacij et soc. eius. — (25) Eligij epi. — (27) Septem dormiencium. — (30) Erndrudis v.

Jul. (1) Oct. S. Johann. Bapt. — Theobaldi. — (2) Visitacio Marie. — (4) Udalrici epi. — Translacio s. Martini epi. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani et soc. eius. — (9) Translacio s. Nycolai. — (11) Translacio s. Benedicti. — (12) Margarethe v. et mr. — Ermachore. — (13) Henrici regis. — (15) Diuisio apolorum. — (17) Alexij cf. — (18) Arnolfi epi. — (21) Praxedis v. — (22) Marie magdalene. — (23) Apollinaris epi. et mr. — (24) Cristine v. — Vig. — (25) Christofori mr. — (26) Anne matris marie. — (27) Marthe v. hospite Christi. — (28) Panteleonis. — (31) Tertullini epi.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani prothomr. — (4) Justini presb. — (5) Oswaldi r. et mr. — Dominici cf. — (6) Transfiguracio domini. — (7) Afre v. — (9) Romani mr. — (11) Radegunde v. — (12) Clare v. — (20) Bernhardi cf. abb. — (22) Oct. s. Marie. — (23) Vigilia. — (31) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidij abb. — Verene v. — (4) Oct. s. Augustini. — Translacio erndrudis. — (6) Magni cf. — (7) Regine v. — (9) Chunigunde v. — (15) Oct. s. Marie. — (17) Lamberti epi. et mr. — (19) Januarij et soc. eius. — (22) Mauricij cf. — Emmerami epi. et mr. — (23) Tecele v. — (24) Translacio Ruthperti cf. — Chunualdo et Gislario. — (25) Dedicacio Eccl. Salzburgensis. — (26) Translacio Virgilij epi. — (28) Wenceslai mr. — Thimeonis epi. et mr. — (30) In oct. s. Rudperti (f. 117).

Oct. (1) Germani, Remigij, Vedasti ep. — (2) Leodegarij epi. et mr. — (4) Francisci cf. — (9) Dionisi et soc. — (10) Gereonis cum socijs. — Victoris et soc. eius. — (11) Translacio s. Augustini. — (12) Maximiliani epi. — (13) Colomanni mr. — (16) Galli cf. — (17) *Translacio s. Marthe hospite. — (19) Januarij et soc. eius. — (21) XI mil. virg. — (22) Seueri epi. et cf. — (23) Seuerini epi. — (24) Columbani cf. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Amandi epi. — (29) Narcissi epi. et mr. — (31) Quintini mr. — Wolfkangi epi. — Vig.

Nov. — (1) Omnium sanctorum. — (2) Eustachij. — Commemoracio animarum. — (3) Pirminij abb. — (5) Felicis presb. — (6) Leonardi cf. — Wunebaldi epi. — (7) Willibrordi epi. — Oct. S. Wolfgangi. — (8) Oct. omnium sanctorum. — (10) Martini pp. — (13) Bricij epi. et cf. — (15) Marini cf. — (16) Othmari abb. — (17) Florini cf. — (18) Oct. S. Martini epi. — (19) Elisabeth vidue. — Gelasij pp. — (20) Potenciani pp. — (21) Mauri mr. — Ruffi mr. — (23) Columbani. — (25) Katherine v. et mr. — (26) Lini pp. — (27) Deposicio Virgilij epi.

Dec. (1) Candidi epi. (!) — Crisanti, Mauri et Darie. — Longini. — (4) Barbare v. — Oct. S. Virgilij. — (6) Nicolai epi. — (8) Concepcio s. Marie v. — Zenonis cf. — (13) Otilie v. — Judoci cf. — (14) Nichasi cf. — (17) Ignacij. — (18) Valentini et Agricole. — (20) Vigilia. — (22) Scorum XXX mr. — (29) Thome epi. et mr. — (30) David regis et prophete. —

f. 5—91: **Proprium de tempore a Dom. I. Adventus usque Corpus Christi. Etiam feriae IV. et VI. et feriae quadragesimae.**

f. 31'—32: „*Feria quarta in capite ieiunij.*“ 1. „*Exaudi nos domine quoniam benigna est . . .* — 2. *Exaudi qu. d. populi gemitum supplicantis . . .* — 3. *Succurre qu. d. populo supplicanti . . .* — 4. *Exaudi qu. d. supplicum preces . . .* — 5. *D.*

qui iuste irascaris . . . “ Ante missam rubrica haec: „*In capite ieiunii incipiatur missa cum genuflexione et sic per totam XL-am. Exceptis diebus dominicis et festiuis.*“

f. 66'—70': „*Dominica palmarum.*“ Sine benedictione palmarum.

f. 76'—80': „*In cena domini.*“ — „*Gloria in excelsis non dicitur, nisi ubi crisma consecratur.*“

f. 80—84: „*Feria VI. in parasceue sancto prespiter (!) induit se umbrale (!), alba, stola et manipulum, et transit ad altare et quod altare sit coopertum cum panno altaris et ponitur due stole super altare et primo incipitur (!) prespiter et legit lectiones sine tytulo.*“ — f. 82': „*Facta predicacione sacerdos legat oraciones sequentes*“, i. e. orationes sollemnes. — f. 84: **Locatio sepulchri dominici:** „*Hys finitis et sepulchro preparato sacerdotes accipiant ymaginem crucifixi antecedentibus luminibus et thuribulo versus sepulchrum lugubri voce cantantes: Sepulto domino. Et ponit quod caput sit longius ab altari, quam pedes, ita quod visus respiciat ad altare et ponitur super crucifixum xpi pannus et lapis paruus et crustula uel panis et thurificatur et aspergitur et tunc clauditur. Et super pannum exterius cum quo cooperitur sepulchrum, ponuntur due stole, per modum crucis. R. Recessit pastor. V. Ante cuius, et ibi leguntur vespere sive psalmi . . . Et nota quando vis consecrare calicem primo infundendo vinum et aquam in calice, quod ibi sanctificatur per terciam partem magne hostie, que ibi inmittitur ad calicem et sic sumendo sanguinem.*“

f. 84—87': „*In vigilia pasche primo excutitur ignis ex silice et incenditur ignis, et prespiter (!) induit se alba et dicit VII psalmos penitenciales et collectas sicut habentur in benedictionali super ignem et tunc accenditur vna candela a prespitero et portatur in manu cum cantu: Inuentor rutili, et ponitur ad altare. Quo finito benedicat cereum cantando: Exultet iam angelica.*“ — f. 84—87': **Prophetiae sex:** In principio. — Noe. — Temptauit deus abraham. — Factum est in uigilia. — Hec est hereditas. — Audi israel. Deinde lacuna: exciderunt f. „**LXXXIV—LXXXVII**“ antiquae numerationis.

f. 88—90': hebdomada paschatis cum sequentiis propriis.

Post f. 90: desunt f. „**LXXXXI—CX**“ ant. numerationis.

f. 91—99': **Ordo missae.** — f. 91—91': **Offertorium.** „*Sacerdos inclinat se ante altare manibus simul compositis dicens: In spiritu . . .*“ Verbatim idem ac in cod. lat. 2. Cathedr. Sabariensis f. 109—109', cf. supra p. 141. — f. 91'—92': Gloria, Gloria B. M. V. — f. 92—93': Praefationes. — f. 93'—94': vacant. — f. 94': imago canonis. — f. 95—99': Canon. — f. 98': ad communionem sacerdotis: „*Aue in eum sacratissima caro in perpetuum michi suma dulcedo. Domine non sum dignus . . . Panem celestem . . . Corpus d. n. J. Ch. proficiat michi in vitam eternam. Aue in eternum celestis potus michi ante omnia et super omnia dulcis. Quid retribuam . . .*“

Post f. 99: desunt f. „**CXIV—CLXXX**“ ant. numerationis (omnes dominicae post Pentecosten et Sanctorale a die 1. Jan.—22. Jul.).

f. 100—129: **Proprium sanctorum**, incipiens in epistola S. Mariae Magd. usque 21. Dec.

f. 129—146: „*Incipit commune sanctorum et primo in uigilia unius apostoli.*“

f. 146—149': „*Incipiuntur misse priuatis diebus. Et primo dominicis diebus de sca trinitate.*“ **Missae votivae:** „*Feria II. de sapientia — feria III. de sco spiritu — feria IIII. de angelis — feria V. de karitate — feria VI. de sca cruce — sabbato de b. virgine.*“ In sequentia „*Hodierne lux diei*“ (B. M. V.) liber mancus desinjt.

37. MISSALE ITINERANTIUM (SAEC. XV.).

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 221.)

Membranaceum — ff 37 — 22×16.3 cm. — saec. XV. — scriptura nitida Gothica, binis columnis — compactum assibus corio albo tectis, fibulis aereis praeditum — initiales simplices rubrae et caeruleae, 3 ornamentales; 13 figurales.

POSSESSOR: In tegumento anteriore: „*Erasmus Grafe zu Wertheyn*“, cuius scutum gentilitium f. 1' nitide depictum conspicitur. Saeculo elapso in possessione Nic. de Jankovich fuit, a quo Musaeum Nationale codicem emit.

PROVENIENTIA: E possessore et e stylo illuminaturae Germania conici potest.

BIBLIOGRAPHIA: Hoffmann p. 39 s. — BCat 197. — RInd nr. 41.

f. 1—1': vacant.

f. 2—3: „*In die resurrectionis domini.*“

f. 3—4': „*In die sancto Penthecostes.*“

f. 5—6': „*In festo sancte Trinitatis.*“

f. 7—8': „*In festo Corporis Xpi.*“ — Post f. 8: lacuna.

f. 9—14: Missa votivae per hebdomadam dicendae. — f. 9: (fer. II. de sapientia.) — f. 9—10: „*Feria Tercia de angelis.*“ — f. 10—10': „*Feria quarta de spiritu sancto.*“ — f. 11: (Feria V. de caritate.) — f. 11—13: „*Feria sexta de sancta cruce.*“ — f. 13—14: „*Sabbato de commemoratione bte virginis.*“

f. 14—16: „*Pro defunctis.*“ — f. 16': vacat.

f. 17—29: Ordo missae. — f. 17: Gloria B. M. V. — f. 17—17': „*Symbolum apostolorum.*“ — f. 18—20: Praefationes. — f. 20'—21': vacant. — f. 22—29: Canon. „*Pro antistite nostro . . . pro rege nostro.*“ — f. 27'—28: ad communionem sacerdotis: „*Aue in eum sanctissima caro in perpetuum mihi summa dulcedo. Panem celestem . . .*“ — „*Aue in eternum celestis potus: mihi ante omnia et super omnia dulcis. Quid retribuam . . .*“ — f. 28'—29: Post communionem: „*Quod ore sumpsimus . . . Et verbum caro factum est et habitabit in nobis Mel et lac ex eius ore suscepi et sanguis eius ornavit animam meam.*“

f. 30—36: „*Incipit commune sanctorum.*“

f. 37' alia manu: „*Pax d. n. J. Ch.-i Integritas Intemerate virginis marie . . . in nomine dei patris et filij et spiritus sancti. amen.*“

38. MISSALE O. CIST. MONASTERII AQUAE FRIGIDAE IN LOMBARDIA (SAEC. XV.).

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 217.)

Membranaceum — ff 285 — 37.9×26.7 cm. — saec. XV. (ante 1454) — scriptura humanistica Italica, binis columnis — compactum corio (XVIII. s.) — notae musicae 4 linearum — initiales simplices rubrae et caeruleae; 20 ornamentales; 18 figurales.

POSSESSOR: Nic. de Jankovich, a quo Mus. Nationale librum comparavit.

PROVENIENTIA: Indoles Kalendarii et rituum iam ostendunt missale esse Ordinis Cisterciensium. Inscriptio dedicationis 2. Jun.: „*Dedicatio ecclesie aque frigide*“, item festum 17. Jun. „*Agripini epi. et cf.*“ demonstrant agi de abbacia O. Cist. Lom-

bardica Aqua frigida (Acquafredda, seu San¹ Agrippino), fundata anno 1143, suppressa 1783. Lombardiam produnt etiam festa rubro connotata in Kalendario: 4. Apr. „Ambrosij archiepiscopi“ et 7. Dec. „Ordinatio sci ambrosij“.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, p. 805. nr. 3. — Dankó, Új MSion 1871, 88 s. — Hoffmann 11 s. — BCat 193. — RInd nr. 39.

f. 1—6: **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. S. Stephani. com(memoratio.) — (3) Oct. S. Johannis. com. Eugenie v. com. — (4) Oct. S. Innocentum. — (10) Gulielmi epi. et cf. XII. lc (lectionum). — Pauli primi heremite com. — (11) Commemoraciones episcoporum et abbatum ordinis nostri omnes celebrent. — (13) Hilarij epi. com. — (15) Mauri abbatis. com. — (17) Antonij cf. XII. lc. — Speusipi, Meleusipi, Eleusipi mr. com. — (29) Juliani epi. et cf.

Febr. (1) Ignatii epi. et mr. com. — Brigide v. — (6) Vedasti et Amandi epi. com. — (10) Scholastice v. com. — (24) Mathie apli. XII. lc.

Mart. (1) Albini epi. et cf. com. — (20) Gutberthi epi. et cf. — (21) Benedicti abbatis XII. lc.

Apr. (4) Ambrosij archiepi. et cf. XII. lc. — (23) Georgij mr. — (25) Marci ev. XII. lc. — (29) Roberti abbatis XII. lc. — (30) Petri mr. XII. lc.

Mai. (2) Dedicacio eccl. careuallis (! XII. lc. — (8) Translacio b. Petri epi. et cf. XII. lc. — (11) Mamerti epi. com. — (13) Seruacij epi. et cf. com. — (19) Potenciane v. com. — (23) Desiderij epi. et mr. — (24) Donatiani et Rogatiani mr. com. — (31) Petronille v. com.

Jun. (2) Dedicacio ecclesie aque frigide XII. lc. — (8) Medardi epi. et cf. com. — (11) Barnabe apli. XII. lc. — (16) Quirici et Julitte mr. com. — (17) Agripini epi. et cf. XII. lc. — (21) Albani mr. — (28) Hyrnei (!) cum sociis suis com. — (30) Martialis epi. com.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt. XII. lc. — (4) Translacio b. Martini — (20) Margarite v. et mr. com. — (21) Praxedis v. com. — (22) Marie Magdalene XII. lc. — (23) Apollinaris epi. et mr. — (24) Cristine v. com. — (25) Christofori et cucifati mr. com. — (28) Nazarii, Celsi et Pantaleonis XII. lc. — (31) Germani epi. et cf. com.

Aug. (1) Eusebij epi. et mr. com. — (3) Inuentio S. Stephani mr. XII. lc. — (5) Dominici cf. XII. lc. — (9) Romani mr. — (11) In festo spinee corone (fol. 224) — (17) Mametis mr. com. — (20) Bernardi abbatis XII. lc. — (22) Oct. b. Marie XII. lc. — (23) Vigilia. — (25) Lodouici cf. XII. lc. — Genesij mr. com.

Sept. (1) Egidij abbatis com. — (4) Marcelli mr. com. — (7) Eurcij epi. et cf. com. — (15) Oct. b. Marie v. XII. lc. — (17) Lamberti epi. et mr. XII. lc. — (18) Hic absoluuntur omnes fratres et familiares ordinis nostri. — (19) Sequani abbatis com. — (22) Mauricij cum sociis suis XII. lc. — (24) Adochij, Thyrsis et Felicis mr. com.

Oct. (1) Remigij epi. XII. lc. — Germani, Vedasti com. — (2) Leodegarii epi. et mr. com. — (4) Francisci cf. XII. lc. — (9) Dionisii cum sociis suis com. — (21) XI. mil. virginum XII. lc. — (25) Crispini et Crispiniani mr. com. — (31) Quintini mr. com. — Vigilia.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum. XII. lc. — (2) Comm. omnium fidelium defunctorum. — (5) Malachie epi. et cf. XII. lc. — (10) Martini pp. — (13) Bricij epi. et cf. com. — (16) Edmundi epi. et cf. XII. lc. — (17) Aniani

¹ H. Cottineau, Répertoire topo-bibliographique des abbayes et prieurés, Macon 1939, I, 14.

epi. et cf. com. — (19) Helisabeth com. — (21) Columbani abb. com. — (25) Catherine v. et mr. — (27) Agricole et Vitalis mr. com.

Dec. (1) Eligij epi. XII. lc. — Crisanti Mauri et Darie mr. com. — (6) Nichai (!) epi. et cf. XII. lc. — (7) Ordinatio sci Ambrosij XII. lc. — (16) Barbare v. com. — (29) Thome epi. et mr. XII. lc.

f. 7—169: **Proprium de tempore** a Dom. I. Adventus usque Dom. XXV. Pent. — Post f. 7: deest 1 folium. — f. 13: „*Dom. IIII.*“ (Adventus) introitus: „*Memento nostri domine in beneplacito populi tui . . .*“

f. 40—30': „*Feria IIII ante benedictionem cineris.* — 1. *Ant. Exurge domine . . .* — 2. *Oratio. Cc. qu. dne presidia militie xpiane . . .* — 3. *Benedictio cineris. D. qui non mortem . . .* — 4. *Dum sacerdos capitibus cinerem imponit sic dicit: Memento quia cinis es et in cinerem reuerteris.* — 5. *Ant. Exaudi nos . . . Inter uestibulum . . . Inmutemur . . .*“

f. 81—82: „*Dominica in palmis. Postquam cantor ramum abbati obtulerit, incipiat antiphonas istas, que dum cantantur diuidantur rami et si necesse fuerit, repetantur antiphone: Pueri ebreorum tollentes. Pueri ebreorum uestimenta.*“ — (2) „*Ad exitum processionis: Occurrunt turbe . . .*“ — (3) „*Dum hec ant. cantatur fiat hec statio: Collegerunt . . .*“ — (4) „*Cantantes hunc uersum procedant ad alteram stationem: Vir unus . . .*“ — (5) „*In ultima statione incipiente cantore antiphona (!) que subsequitur, inclinetur ad crucem conuentus manibus in terra positus et omnes erecti deinceps stent uersi ad crucem usque dum incipitur gloria laus.*“ — (6) „*Ant. Aue rex noster fili dauid . . .*“ — (7) „*Evang. (sec. Matth.) Cum appropinquasset . . .*“ — (8) „*Perlecto euangelio stet conuentus uersis uultibus ad inuicem, duo autem monaci (!) qui a cantore premoniti esse debent, post euangelium lectum uel circha finem, ecclesiam intrent et iuxta ostium stantes uersa facie ad processionem . . . content V. Gloria laus . . .*“ — (9) „*Hys igitur peractis imponat abbas R. Ingreddiente domino, quod omnes cantando intrent ecclesiam.*“

f. f. 105'—106': „*Parasceue*“ . Post orationes sollemnes legitur: „*His ita peractis sacerdos et ministri ab altari discedant et in secretario preter abbas (= albas) omnibus depositis sic ueniant in corum ad adorandam crucem. Perlecta passione oracionibusque dictis sollennibus duo sacerdotes uel diacones albis induti absque stollis et manipulis inferant crucem in locum quo adoranda est, eamque statim adorent dehinc aplicent (!) se ad eam hinc et inde depositis genibus in terra sicque tenentes eam utraque parte dicant: Popule meus . . . Alii duo fratres ante gradum presbiterii dicant semel flectentes genua: Agyos o theos . . . Chorus: Sanctus deus . . . Hic discoperiatur crux a sacerdotibus ita dicendo: Ecce lignum, qua discoperta mox omnes petant ueniam contra. Ymnus: Crux fidelis . . . Ymnus: Lustra sex . . . Post hec omnia elleuantes crucem qui tenent illam restituant illam in locum suum dicendo: Super omnia ligna cedrorum crux sola excelsior, in qua xps triumphauit et mors mortem superauit.*“

f. 107'—112': Exultet cum notis musicis.

f. 112'—116: 4 prophetiae, „*letania*“ et missa vigiliae.

f. 116'—123': Pascha et hebdomada paschatis.

f. 169—183': **Ordo missae.** — f. 169—176: „*Incipiunt prefationes.*“ (Cum notis musicis.) — f. 176'—178: praefationes sine notis. — f. 178—179': „*prefatio communis*“ cum notis musicis. — f. 180—182': Canon: „*. . . et rege nostro ill.*“

f. 183'—248': **Proprium sanctorum** a die 26. Dec. — 21. Dec.

f. 193—193': „*In purificatione b. marie uirginis. Benedictio cereorum. 1. D. inestimabilis potentie . . .* — 2. *Ypapanti domini dum ingreditur chorus de (!)*

ecclesia. — 3. *Lumen ad reuelacionem* . . . — 4. *Aue gratia plena* . . . — 5. *Adorna thalamum* . . . 6. *Responsum accepit* . . . — 7. *Hodie b. uirgo maria* . . .

f. 248'—262: *Commune sanctorum*.

f. 262—271': *Missae votivae*. — „*Missa de spiritu sancto*. — *de sancto cruce* — *de b. maria* — *in suffragio sanctorum* — *pro familiaribus* (missa plena) — *pro tribulatione* — *pro pace* — *pro pluuiis* — *pro serenitate* — *pro iter agentibus* — *pro peccatis* — *pro infirmis* — *propria sacerdotis*.“

f. 271'—275': „*pro defunctis*“.

f. 275'—280: *Collectae diversae*.

f. 280—281: „*Rubrica infrascripta ualde notanda*“. *Rubricae pro celebrantibus*: quid faciendum, si sine vino celebraverit: „*Si per negligentiam euenerit; ut perfectio canone et peracta consecratione nec uinum nec aqua reperiatur in calice* . . .“, quid faciendum, si sanguinis gutta, vel hostia deciderit in terram, vel si quis e vomuerit eam; in fine: „*Sane si huiusmodi sermo negligentie exierit inter fratres, ministri altaris uerberentur coram omnibus in capitulo et maior eis penitentia detur. Ceteri omnes accipiant disciplinas ut fiat quod legitur: Alter alterius onera portate*.“

f. 281—282: „*In dedicatione ecclesie*.“

f. 282: „*Missa contra teucros*“ (= *Turcas*, orationes tres). — „*Missa pro papa*.“

f. 282—283: „*Officium misse de sacramento altaris*.“

f. 283: „*Collecta generalis*.“ (A cunctis.)

f. 283'—284: „*Alia collecta generalis*.“

f. 284: „*In uisitatione b. marie ad helisabeth*.“ — „*Pro salute uiuorum*.“

f. 284'—285': „*Missa in exaltatione sce spinee corone*.“

f. 285': „*Missa ad postulandam gratiam sci spiritus*.“ — In hac missa codex mutilus desinit.

2 folia insiticia agglutinata: (manu saec. XVI.) „*Missa smi Rosarij Beate virginis Marie priuilegiata a D. n. papa Paulo IIII et Gregorio XIII*.“ Intr.: „*Salue radix sancta, salue mundi gloria, o maria, flos uirginum uelut rosa uel lilium, tuum pro nobis deprecare filium. Tempore paschali: Haleluiah. Haleluiah. V. Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata*.“

39. MISSALE O. S. B. MONTIS CASSINI EX ANNO 1418.

(*Mus. Nat. c. l. m. ae. 361.*)

Chartaceum — f. 3—82' codicis — 21.5×14.8 cm. — a. D. 1418 — scriptura semicursiva typi Italici, unica columna f. 3—5': prima manus; f. 6'—7: secunda manus; f. 8—58 tertia manus; f. 59'—64: quarta manus; f. 58—59: tres aliae manus; f. 64'—82': variae manus uicissim — compactum s. XIX. — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae; 13 ornamentales.

POSSESSOR: Tabula anteriore codicis: „*Phillips. M. S. 12297*.“ Ergo celebris bibliophilus Anglicus Sir Thomas Phillips erat possessor libri; sed codicem non comparavit e collectione Meermaniana.¹ Fine saeculi elapsi codex apud bibliopolam Monacensem Jac. Rosenthal erat,² a quo Musaeum Nationale eum comparavit anno 1900.³

¹ Deest enim hic codex in elencho codicum, qui in auctione Hagae 1824 facta a Jo. Meerman ad Phillips devenerunt; cf. V. Rose, Verzeichniss der lateinischen Handschriften (Die Handschriftenverzeichnisse der kgl. Bibliothek zu Berlin XII) Berlin 1893, p. XIII—XVIII.

² Récsy art. infra cit. 141.

³ Cf. Növedéknapló 1900, nr. 17.

SCRIPTOR: Codex hic collectaneum est variorum operum: post missale sequitur opus: Glossae hymnorum, dein Epigrammata Prosperi Aquitani et Poemata (Ps. Prosperi) ad uxorem, Dicta Catonis et Glossae super ferialia cantica. Missalis corpus (f. 8—58) eadem manus scripsit (manus tertia), quae exaravit colophoniam sequentia: f. 108: „*Explicitiunt glose ymnorum per manus fratris nicolai de ungaria: ad onorem beate marie uirginis gloriose et sancti gerardi episcopi et martiris. Anno domini M-o CCCC-o XVIII. XVII-o die martij etc.*“ Aliud colophonium legitur f. 149: „*Explicit liber qui uocatur prosper et est exceptus de libris beati augustini etc per manus fratris nicolai abbatis* (hoc verbum dein erasum est) *de ungaria. Anno domini M-o CCCC-o XVIII-o. Feria proxima ante festum beati georgij martiris etc.*“ Demum f. 153: „*Explicit liber magistri catonis per manus fratris nicolai ordinis beati benedicti abbatis de ungaria XIII. die septembris Anno domini M-o CCCC-o XVIII-o.*“ Ut articulo infra citato probavi, etsi Missale non habeat colophonium proprium, tamen ab eadem manu Nicolai de Hungaria scriptum est. Post opus Nicolai (f. 8—58) scripsit aliquis Joannes Cancer de Perusia sermonem de s. Matthia apostolo: f. 64: „*Presbiter Johannes cancer de Perusia scripsit.*“ Varias manus exarauerunt Missale supplementare f. 64—82’.

PROVENIENTIA: Missale esse Ordinis S. Benedicti evincitur festis sequentibus: 15. Jan. „Mauri abbatis. — 10. Febr. S. matris Scholasticae virginis sororis Be(nedicti) — 21. Mart. Benedicti abbatis. — 11. Mai. Maiolis abbatis. — 5. Oct. Placiti monaci.“ — Demonstrari potest missale in usum S. Montis Cassini concinnatum esse et quidem e missa f. 43, cuius introitus incipit: „*Gaudeat ecclesia cassinensis prole beata cui benedictus adest, scolastica uirgoque grata . . .*“

ADNOTATIONES: f. 8: „*Ne scribam unum duc pia uirgo manum.*“ — Eadem manus Nicolai de Hungaria scripsit verba: f. 83: „*Spiritus sancti gratia assit mihi in hoc presenti opusculo et omni tempore vite mee. amen.*“ item f. 108: „*Celestis regni fruatur sede perhemni Librum qui scripsit necnon qui scribere iussit.*“ post colophonium: „*Scriptor scribebat diem mortis sue in corde tenebat.*“

BIBLIOGRAPHIA: Récey Viktor, Nicolaus de Hungaria bencés apát XV. századbeli kézírata Münchenben, MSion 1899, 141—144. — BCat 317—318. — RInd nr. 32. — Radó Polikárp, Magyarországi Miklós cassinói misekönyve (1418) a Nemzeti Múzeumban, MKSz 1942, 364—367.

f. 3—5’: Kalendarium.

Jan. (2) Oct. S. Stephani. — (3) Oct. S. Johannis. — (4) Oct. S. Innocentium. — (7) Christophori. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Ygini pp. — (13) Hilarii epi. — (15) Mauri abbatis. — (17) Antonii abb. — (27) Johannis crisoconi (!). — (31) Geminiani epi. et cf.

Febr. (1) Seueri epi. et Ignacij epi. et mr. — (9) Apolonie v. et mr. — (10) See matris Scholasticae uirginis sororis Be(nedicti). — (13) Frisce v. et mr. — (15) Faustini et Jovite mr. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli. — (28) Macarij cf. minoris.

Mart. (1) Herculiani epi. et cf. — (8) Thome de aquino cf. — (9) Scorum XL martirum. — (21) Benedicti abbatis. — (31) Felicis pp. et mr.

Apr. (8) Celestini pp. — (12) Zenonis epi. — (17) Anicleti pp. — (22) Sotherij. — (23) Georgij mr. — (25) Marci ev. Letania maior. — (26) S. mart. Cleti et Marcellini. — (29) S. Petri mr.

Mai. (2) Valentini epi. et cf. — (8) Apparicio s. Michaelis. — (11) Maiolis (!) abbatis. — (14) Bonifacij mr. — (19) Potenciane v. — (23) Desiderij mr. — (26) Eleuterij pp. et mr. — (27) Johannis pp. et mr. — (30) Felicis pp. et mr. — (31) Petronille v.

Jun. (1) Nicomedis et Proculi mr. — (2) Marcellini, Petri et Erasmi mr. — (11) Barnabe apli. — (15) Viti et Modesti mr. — (20) Siuerij (!) pp. et mr. — (22) Paulini epi. et cf. — Juliani mr. — (25) S. ale confesoris (!) maioris.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Baptiste. — (2) Visitacio S. marie. — (4) Degolacio (!) s. antoni m. — (5) Margarita. — (8) Sci andrianne (!) pp. nonantule. — (11) S. pij. pp. et mr. — (12) Naboris et filicis (!) mr. — (13) Margarete v. et mr. — (14) Anacleti pp. et mr. — (15) Quirici et julite mr. — (17) Alesij cf. — (18) Simporose et septem filiorum. — (22) Madalene (!) Marie. — (23) Apollonaris (!) epi. et mr. — (24) Cristine v. — Vigilia. — (28) Nazarij et Celsi mr.

Aug. (5) S. Marie de niuis et Dominici cf. — (20) Bernardi abbatis et cf. — (23) Vigilia.

Sept. (1) Egidij abb. et cf. — (2) Antoni mr. — (7) Vigilia. — (22) Mauricij et soc.

Oct. (1) Remigij epi. et cf. — (4) Francisci cf. minoris. — (5) Placiti monaci (!) — (21) Ursule eum XI. mil. virginibus. — (31) Vigilia.

Nov. (1) Fest. omnium sanctorum. — (2) Commemoracio omnium defunctorum. — (12) Martini pp. et mr. — (25) Chaterine (!) v. et mr.

Dec. (6) Nicholai epi. et cf. — (7) Ambrosij archiepi. et cf. — (13) Ottava (!) sei ni(colai). — (15) Dedicacio ecclesie. — (20) Vigilia. — (29) Thome archiepi. et cf.

f. 6: vacat.

f. 6^o—14: Ordo missae. — f. 6^o—7^o: Offertorium. — f. 7^o: Gloria B. M. V. — f. 8: „*Sequitur prephascio (!) cottidiana.*“ — f. 8^o—13^o: „*Sequitur sacratissima (!) canon domini nostri ihu xpi.*“ — „*Pro antistite nostro N. et rege nostro N.*“ — f. 13^o—14: „*Oracio bona et deuota. Gracias tibi ago dne s. p. o. e. d., qui me peccatorem et indignum . . . suo sancto et precioso sanguine redemit.*“

f. 14—31: **Proprium de tempore**; praefationes leguntur apud missas. — f. 14—16^o: „*De natiuitate d. n. J. Ch.*“ (missa III.) — f. 16^o—18: festa post natiuitatem. — f. 18—18^o: „*In die circumcissionis domini.*“ — f. 18^o—20^o: „*In epiphania domini.*“ — f. 20^o—22: „*In die purificationis uirginis gloriose.*“ — f. 22^o—24: „*Sequitur missa de resurrectione domini.*“ — f. 24—26: „*De ascensione domini sequitur missa.*“ — f. 26—28^o: „*In die penthecostes.*“ — f. 28^o—29^o: „*De sca trinitate.*“ — f. 29^o—31: „*De corpore xpi missa.*“ (Cibavit, sine sequentia.)

f. 31—37^o: **Proprium sanctorum**, quod adhuc restat e codice mutilato. — f. 31—31^o: „*De natiuitate sci Johannis.*“ Deinde lacuna. — f. 31^o—33: (Assumptio B. M. V.) — f. 33—35: „*De natiuitate s. marie v.*“ Supra verbum „*natiuitatem*“ ubique scriptum legitur: „*concecionem*“ (!) ergo etiam 8. Dec. hac formulari utebantur. — f. 35—37: „*Sequitur de s. Michaelae archangelo missa.*“ — f. 37—37^o: „*In die omnium sanctorum sequitur missa.*“ — Deinde lacuna. — f. 38: Postcommunio alicuius sancti.

f. 38—44^o: Quod e missis votivis restat. — f. 38—39: „*Sequitur pro peccatis missa.*“ — f. 39—40^o: „*Pro pace missa.*“ — f. 40^o: „*De s. cruce siue de passione domini.*“ — Post lacunam: f. 41—42: (missa aduentualis B. M. V.) — f. 42—43: „*Item alia missa cottidiana de bta uirgine.*“

f. 43—44^o: „*Sequitur missa in commemoracione sanctorum patrum nostrorum benedicti abbatis, mauri confessoris, placidi martiris, et scolastice uirginis ad missam.* (Introitus) *Gaudeat ecclesia cassinensis prole beata cui benedictus adest, Scolastica uirgoque grata, ornant hanc maurus, placidus stirps nempe sacrata.* — (Collecta) *Respice nos misericos deus, ut b. Benedicti abbatis, qui tibi placuit, discipulorum eius Mauri, dilecti confessoris et placidi, gloriosi martiris, uirginisque scolastice, sororis eiusdem precibus fac nos ad te ipsorum tendere per exempla.* — (L.

libri Sap.) *Hy sunt uiri misericordie* (Eccli 44, 10) — (Graduale) *Per meritum grandis doctoris iussa sequentes sunt maurus placidus nunc xpe in te feruentes. V. His pastor in altis benedictus consociatur et scolastica nunc quoque perpetuatur. Alleluia. V. O uenerande pater Benedicte, gregis miserere. O maure placide scolastica uirgoque uere xpm poscatis, ut nos possimus habere regnum celeste uestiti glorie ueste. Secunda alleluia. V. Laudes benedicto patri, pie scolastice matri ac lete forti placido et duci mauro fulgido deuotis demus uocibus, ut nos saluent a hostibus.* — (Evangelium) *Vos estis sal terre* (Matth. 5, 13). — (Offertorium) *Benedicte gloriose, scolastice frater pie, uirtutibus copiose, maure fulgens ut sol die, alta stirpe generose placide, dux nostre uie, rogate xpm sedulo, ut in futuro seculo cum sanctorum collegio, celi fruamur solio.* In secreta abrumpitur missa propter excisa folia.

f. 45—45': **Finis Communis Sanctorum.** „*De una uirgine et martire collecta.*“ — „*De I. uirgine et non martire collecta.*“

f. 45—58: **Supplementa ad missale a scriptore originali adiecta.** — f. 45: „*Oracio specialis sacerdotis.*“ — f. 45': „*De s. ambrosio coll.*“ — f. 46: „*De sco gregorio papa.*“ — f. 46': „*Ad laudem et honorem s. benedicti abbatis collecta.* — *De s. georgio mr. coll.*“ — f. 47: „*De s. petro aplo coll.*“ — f. 47': „*De s. matheo aplo. coll.* — *De s. Paulo aplo. coll.*“ — f. 48: „*De s. Katherina v. et mr. coll.*“ — f. 48': „*Pro temptatione carnis coll.* — „*De s. Jacobo aplo coll. ad missam.*“ — f. 49: „*Pro domino papa coll.*“ — f. 49': „*pro domino imperatore coll.*“ — f. 50: „*Pro rege coll. ad missam.* — *Pro nauigantibus coll.*“ — f. 50': „*Pro pace.*“ — f. 51: „*Aliud suffragium sanctorum*“ (A cunctis). — f. 51': „*Pro persecutoribus ecclesie coll.*“ — f. 52—54: „*Ad laudem et honorem uisitacionis b. marie virg.*“ — f. 54—58: „*Sequitur missa sabbato ante dominicam letare.*“

f. 58—59: **Supplementa trium manuum.** — f. 58: „*A pasca usque pentecosten introitus* (Protexisti). — f. 58': „*Missa ad (!) febribus xpianis (!)* (3 orationes ad S. Sigismundum). — f. 59: „*Benedicco (!) panis.* — *benedicco (!) ad omnia quecunq; uolueris.* — *altera benedicco panis.*“

f. 59'—64: „*Sermo de sancto Mathia apostolo. Thema sermonis. Amice ascende superius . . .*“

f. 64'—82': **Supplementa per varias manus adiecta.** — f. 64': „*Oracio quando mulier intrat in ecclesiam.*“ — f. 65: „*Missa ad postulandam pluuiam.*“ — f. 65': „*Pro nimia pluuiam.*“ — f. 66: „*Introitus pro pluribus penitentibus.*“ — f. 66—67': „*In letanijs missa.*“ — f. 68: „*In festo purificationis ad benedicendum candelas.*“ — f. 68': „*Pro s. Martino.*“ — f. 69: „*Ad missam in festo sci saluatoris.*“ Introitus: „*In excelso throno . . .*“ Coll.: „. . . ut sicut passionem ymaginis domini saluatoris cum pia deuocione hodierna die fideliter recollimus . . .“ — f. 70'—72: „*In anniuersario dedicacionis ecclesie.*“ — f. 72': *Benedicco novae nuptae.* — f. 73—74': „*Missa super sponsam.*“ — f. 74'—75: „*Benedicco super sponsum et sponsam.*“ — f. 75'—76': „*Incipit ordo benedictionis Aque.*“ — f. 77—78: „*Missa ad honorem sci Antonij Viennensis.*“ — f. 78'—79: „*Pro penitentibus.*“ — f. 79': „*Missa contra paganos.* — *Pro uisibilibus aduersarijs.*“ — f. 80—80': „*Dies irae*“, textus sine titulo. — f. 81: „*Oracio contra paganos.* — *Missa in tempore belli.*“ — f. 81': „*Missa pro febribus.*“ — f. 82: „*Deus qui de beate . . .*“

f. 109'—113: **duae manus adhuc adiecerunt liturgica:** f. 109'—111: „*Benedicco (!) scarselle atque baculi*“ (peregrinorum) — „*Pro redeuntibus.*“ — f. 111'—112: „*Misa super sponsam.*“ — f. 112—112': „*Incipit ordo ad benedicendam sponsam.*“ — f. 113: tres orationes (Excita qu. dne tuorum fidelium . . .) f. 113': vacat.

40. MISSALE-ANTIPHONALE AURIFABRORUM DE VACIA (1423).

(Mus. Nat. c. l. m. ae. 377.)

Membranaceum — ff 19 — 39.9 × 30.9 cm. — a. D. 1423 — scriptura Gothica binis columnis exarata — compactum assibus corio rufo tectis (s. XV.) munitum amellis angularibus aereis — notae musicae 4 linearum — initiales simplices rubrae et caeruleae; f. 7: miniatura grandis S. Eligii episcopi, patroni aurifabrorum.

POSSESSOR: fraternitas aurifabrorum Vaciensium f. 1': „Anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto henricus giesperger comparauit hunc librum ad honorem beati eligij episcopy Scriptum in Wacia per Johannem felicitis memorie illuminatorem episcopij Waciensis.“

SCRIPTOR: Joannes Vaciensis illuminator episcopi Vaciensis, mortuus ante 1425 (v. supra); f. 7 in summo margine: „Scripsi Johannes in Wacia 4123“ (1423).

PROVENIENTIA: Pro fraternitate memorata esse concinnatum libellum, clare elucet ex indole eius.

ADNOTATIONES: f. 19: „Memoria mortuorum aurifabrorum. Item nota diligenter, quod habeatur memoria singulis quatuor temporibus pro fratribus et sororibus fraternitatis aurifabrorum in forma subscripta. Item primo quatuor temporum natiuitatis domini siue lucie. Item gedenkt durch gotz willen aller der dy da sein inder goltschmid bruderschaft der lebentigen vnd der toten. Der lebentigen das sy der herr behuet in seinen gnaden vor vbell amen. Der toten das in got der herr verleich ewige rue vnd salikait. Sunderlich gedenkt durch gotz willen aller der dy anfenger sein gewesen der egenattn pruderschaft vnd stifter. Item mit namen gedenkt durch gotz willen des erbergen mans Hainreich gyespergers des Jungen, Dorothee vnd elisabet seiner Hausfrawen der iartag man gegenburtikleichen begett in dem ampt der heylign mess vnn all gelaubign sell. Item quatuor temporum post cinerum gedenkt lebentiger vnd toten ut supra. Item mit namen gedenkt durch gotz willen des erbergen mans Hainreich gyespergers des alten vnd Katherine seiner Hausfrawen der iartag man gegen etc. Item quatuor temporum penthecostes habeatis formam superius notatam. Item mit namen gedenkt durch gotz willen des erbergen mans Hamis ribstains von Eger et omnium attinencium vnd aller gelabigen sel. Item quatuor temporum michaelis habeatur memoria in genere ut supra. Item gedenkt mit namen des erbergen mans Caspar goldschmidt.“ (Haec ultima adnotatio alia manu, saec. XV. ex. scripta est.)

BIBLIOGRAPHIA: MKSz 1910, 107. — Gulyás Pál, A könyv sorsa Magyarországon, MKSz 1923, 35. — Gerevich Tibor, A régi magyar művészet európai helyzete, Bpest 1924, 12. — Hoffmann 80 s. — 1930 RE nr. 586. — Horváth Henrik, Zsigmond király és kora, Bpest 1937, 146. — Berkovits p. 262. — BCat p. 332. — RInd nr. 33.

f. 2: „Pro fidelibus defunctis officium.“

f. 2—3: orationes pro defunctis: „In die deposicionis — item in die deposicionis uel in septimo uel in XXX-mo — in anniuersario — pro nuper defuncto — pro femina nuper defuncta — pro parentibus — pro congregacione — generalis collecta.“

f. 3—3': epistolae et euangelia pro defunctis.

f. 3'—5': „Sequitur de beata uirgine officium“; missae „in aduentu domini — a purificatione usque ad festum pasce — a pasca usque ad festum penthecostes de beata uirgine officium.“

f. 5'—6: „De assumptione beate uirginis officium.“

f. 6: „In festo conceptionis beate marie uirginis.“ tres orationes.

f. 6—6': „In festo visitacionis marie“, tres orationes.

f. 7—17: Officium S. Eligii, cum notis musicis. — f. 7—8': „*De sco Eligio episcopo ad uesperas super psalmos ant.*“ — f. 8'—13': „*Inuitorium. In I-o nocturno. — In II-o nocturno. — In III-o nocturno. — Sequitur ad laudes.*“ — f. 14—16': „*Sequentia legenda. — Item de s. Eligio.*“ (Lectiones nocturnorum.) — f. 17: „*In II-is uesperis ant.*“ — f. 17: „*Ad missam introitus statuit sicut de uno confessore et pontifice sequitur.*“ Deinde Kyrie, graduale, sequentia cum notis musicis.

f. 18': Missa S. Eligii ad usum celebrantis: „*Sacerdos uolens celebrare missam tenetur de iure orare septem psalmos penitenciales, Matutinas primam terciam et sextam et ad minus terciam. Postea dicato Deus in adiutorium. Ymnus: Veni creator. Ant. Veni sancte spiritus.*“ Dein psalmi et orationes per allusiones breues citati. — Post collectam missae adnotatio: „*Notandum beatus eligius in ciuitate leonica galliarum partium aurifaber subtilis extitit, qui tempore lotarii regis francie in episcopum nouionensis ecclesie preelectus ubi laudabiliter per septuaginta annos rexit et obiit in capite Kalendarum decembrum. Addatur ergo II. collecta de sancto Andrea cuius infra octauam hoc festum peragitur.*“ Dein euulsi sunt ad minus 18—24 folia.

41. MISSALE STRIGONIENSE ARCHIEPISCOPI GEORGII PÁLÓCZI (1423—1439).

(*Mus. Nat. c. l. m. ae. 359.*)

Membranaceum — ff 204 (+193a) — 33.1×24 cm. — inter annos 1423—1439 — f. 1—177' scriptura Gothica; f. 178—204': ductu rotundo, fere humanistico scripta; binis columnis — f. 1—177': prima manus; f. 178—204': secunda manus — compactum assibus corio fusco obductis; munitum lamellis angularibus et umbilicis aereis (saec. XV) — notae musicae 4 linearum — litterae initiales nigrae, rubrae, caeruleae; 8 figurales, 4 ornamentales.

POSSESSOR: f. 1: „*G. de palocz arep Str.*“ i. e. Georgius Pálóczy archiepiscopus Strigoniensis (1423—1439). — f. 7: „*Iste liber Missalis est legatus Altari SS. Fabiani et Sebastiani martirum per Reuerendissimum dominum Michaellem Episcopum Milkouensem etc. obiit Idem dominus Milkouiensis in festo sanctorum Abdon et sennen martyrum millesimo Quingentesimo primo.*“ — Dein liber ut uidetur ibi remansit per integrum fere saeculum; ut uidetur e nota f. 1: „*Missale secundum chorum ecclesie Strigoniensis Strigonii in expugnatione repertum. Stephanus Szuhai episcopus Vaciensis et vicarius Strigoniensis in pontificalibus*“ (1594—1598); expugnatio haec 1594 locum habuit. — Codex deinde a Jacobo Rosenthal, bibliopola Monacensi emptus est per Musaeum Nationale 1898 (cf. Növedéknapló 1898/37). Antea uero in possessione erat secundum sigillum, folio 2-o impressum: „*Museo Cavaleri.*“

PROVENIENTIA: Sancti Hungariae in Calendario et Sanctorali ostendunt provenientiam codicis Hungaricam; orationes ad indumenta pontificalia (f. 5'—6) demonstrant missale pro episcopo scriptum esse, quod etiam illuminatio eius nitida prodit; episcopum hunc Strigoniensem fuisse praeter nomen appositum Pálóczy etiam ritus apprimè cum libris Strigoniensibus impressis consonans ostendit.

BIBLIOGRAPHIA: Bartoniek Emma, Az Országos Széchényi Könyvtár 317: sz. kódexéről, MKS 1923, 201 nota 1. — Hoffmann 84 s. — Hoffmann Rmb p. 44—46. — Idem, Pálóczy György esztergomi érsek két könyve, M. Bibliofil Szemle 1925, 34—36. — BCat 315 s. — RInd nr. 34.

f. 1': Gloria et Ite missa est, cum notis musicis.

f. 2: Credo, Gloria, Gloria B. M. V.

f. 2'—4: „*Quando sacerdos preparat se ad celebrandam missam.*“ **Praeparatio** ad missam collata cum Tab. XII. Omnia adamussim ut Tab. nr. 1—8. — 9. „*Oratio. Non de meritorum meorum . . .*“ = Tab. nr. 9. — 10. *Oratio.* „*Aures tue pietatis . . .*“ = Tab. nr. 9. — Orationes Tab-ae nr. 11. 12. desunt in codice nostro.

f. 4—5: Orationes ad **indumenta**, collatae cum Tab. XIII. Omnia ut in Tab. nr. 1—9. Dein 10. „*Alia oratio.* (Ad stolam.) *Fac me queso o. d. semper mundo eiusque concupiscencijs . . . tibi placere.*“ — 11. „*Ad casulam.* *Indue . . .*“ = Tab. nr. 10. — Orationes Tab-ae nr. 11. 13. desunt in codice nostro.

f. 5—5': „*Quando accedat (!) ad altare.*“ Oratio ante altare et **praeparatio oblatorum** omnino ut Tab. XIV, I. et II. sed inter nr. 7. et 8. Tab-ae codex noster habet orationem: „*Exaudi qu. domine supplicum preces . . .*“

f. 5'—6: Orationes ad **indumenta pontificalia**: „*Ad sandalia.* *Calcia domine pedes meos . . . Ad balteum.* *Accinge gladium tuum domine . . . Item alia.* *Tollite iugum meum super uos . . . Ad cirotecas.* *Indue domine deus omnipotens manus meas . . . Ad anulum.* *Anulum domine subarracionis infer digito meo pro signaculo tue sanctissime defensionis.* *Per.* *Ad dalmaticam.* *D. d. indue me queso uestimento . . . Ad cidarium.* *Pone domine galeam salutis . . . Ad baculum.* *Da domine baculum ueri pastoris . . .*“

f. 6: **Offertorium** ritu pontificali: „*Quando dyaconus uel sacerdos episcopo offert calicem dicat: Immola deo sacrificium laudis redde altissimo uota tua. Respondet episcopus: Benedicatur in nomine patris et filii et spiritus sancti ut acceptum sit sacrificium istud omnipotenti deo ante sanctum conspectum suum.*“ Dein tantum benedictiones ad thus.

f. 6—7: „*Exorcismus salis et aquae.* — *Ad aspergendam aquam benedictam.*“

f. 7: vacat.

f. 8—13': **Kalendarium.**

Jan. (2) Oct. S. Stephani. — (3) Oct. S. Johannis. — (4) Oct. S. Innocentum. (7) Hilarij epi. mr. — (8) Julij et Juliani mr. — (9) Luciani et Maximiliani. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Gregorij et Salij mart. — (12) Satiri mr. — (13) Hilarij epi.* — (15) Mauri abbatis. — (17) Antonii mon. — (19) Potenciani mr. — (24) Tymothei epi. — (26) Policarpi epi. et mr. — (27) Johannis et Juliani epp. — (29) Constancii et Valeri epp. — (30) Aldegundis virg. — (31) Julii et aldegundis v.

Febr. (1) Brigide v. — (3) Blasii. — (4) Victoris mr. — (6) Dorothee v. et mr. — (7) Helene regine. — (8) Pauli epi. — (9) Apoline (!) v. — (10) Scolastice v. — (11) Desiderij mr. — (12) Eulalie v. et mr. — (13) Stephani pp. et mr. — (15) Faustini et Jobite (!) mr. — (17) Donati mr. — (18) Symeonis epi et mr. — (19) Gabini presb. — (20) Eucharij epi. et mr. — (21) Felicis epi. et Fortunati mr. — (23) Ss. mr. LXX. — (24) Mathie apli. — (24) Gerardi.* — (25) Walpurgae. — (26) Fortunati epi. et mr. — (27) Inuencio capitis precursoris domini. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Albini epi. et mr. — (2) Simplicij pp. — (3) Marini militis. — (4) Translacio sci Wenceslai. — (5) Eusebij mr. — (6) Victoris et Victoriani mr. — (8) Cypriani et Sylemonis mr. — (9) XL martirum. — (10) Alexandri et gay mr. — (11) Rustici et Palatini mr. — (13) Macedonii presb. — (14) Eufrosij et Feliceissimi mr. — (15) Zazarie pontificis. — (16) Patricij epi. — (17) Ciriaci dyaconi. — (18) Alexandri epi. — (19) Joseph nutritoris domini. — (20) Gumberti epi. — (21) Benedicti abbatis. — (22) Justi epi. et Pauli cf. — (23) Victoriani

mr. — (24) Pigmeni epi. — (26) Castuli mr. — (27) Rudberti epi. — (28) Prisci mr. — (29) Eustachij abb. — (30) Quirini mr. — (31) Reguſi epi.

Apr. (1) Marie egyptiace. — (2) Marcellini pp. — (3) Theodosie v. — (4) Ambrosij epi. — (5) Hyrenis v. — (6) Sixti pp. — (7) Dyoniſij epi. — (8) Celeſtini mr. — (9) Anthoni mon. — (10) Ezechielis prophete. — (12) Julij epi. et cf. — (15) Olimpiadis epi. — (16) Caſtili et Carisij mr. — (17) Petri dyaconi. — (18) Eleuterij mr. — (19) Vincencij mr. — (20) Genesij mr. — (21) Fortunati et Maximi mr. — (22) Gaii pp. — (23) Adalberti epi. et mr. — (24) Georgii mr. — (25) Marci ewang. — (26) Anacleſti pp. — (27) Germani epi. — (28) Petri mr. — (29) Tinci dyaconi. — (30) Quirini epi.

Mai. (2) Anaſtaſij (!) epi. — (4) Siluani epi. et Floriani mr. — (5) Euthimi dyaconi. — (7) Domiciani epi. — (8) Victoria (!). S. Michaelis archang. Stanizlai epi. et mr. — (9) Translacio s. Nicolai epi. — (11) Mamerti epi. — (13) Gengulfi mr.* — Seruatii epi. — (14) Bonifacij mr. — (15) Descensio ſancti ſpiritus ſuper apoſtolos. — (16) Peregrini mr. — (17) Felicis epi. — (19) Potenciane v. — (20) Eustachij mr. — (22) Helene matris Constantini imperatoris. — (23) Deſiderij epi. Victoris et Donati mr. — (24) Donaciani et Rogaciani mr.* — (25) Translacio ſancti Franciſci. — (26) Auguſtini epi. — (27) Julij mr. — (28) Germani cf. — (29) Maximi epi. — (30) Felicis pp. Inuencio dextre S. Stephani. — (31) Petronelle.

Jun. (2) Erasmii epi. — (3) Quirini epi. — (4) Pergentini et Laurentini.* — (5) Bonifacii et ſoc. — (6) Philippi dyaconi. — (7) Columbani cf. — (8) Medardi et Gildardi. — (10) Baſilidis mr. — (11) Barnabe apoſtoli. — (13) Anthoni cf. — (14) Baſilij et Aniani epp. — (15) Viti, Modesti et Crescentie mr. — (16) Cirici et Julitte mr. — (17) CCLXII mr. — (20) Nouaci preſb. — (21) Albani cum ſocijs ſuis. — (22) Decem milia militum mr. — Paulini cf.* — (25) Amandi cf. — (27) Ladizlai regis et cf.

Jul. (1) Octaua s. Johannis Bapt. — Vigilia Viſitacionis s. Marie.* — (2) Viſitacio s. Marie. — (3) Translacio s. Thome apli. — (4) Vdalrici cf. — Translacio s. Martini epi. — (5) Dominici mr. — (7) Willibaldi epi. — (8) Kyliani ſociorumque eius. — (9) Zenonis mr. — Oct. Viſitacionis Marie. — (11) Benedicti abb.* — (12) Ermagore epi. — (13) Margarete v. — (14) Silee cf. — (15) Diuiſio aplorum. — Alexii cf. — Andree Benedicti Zoerardi mr. — (18) Gurdenis mr. — (19) Juſtine et Rufine v. — (20) Sabini et Maximi mr. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris mr. — (24) Criſtine v. — (25) Chriſtofori mr. — (26) Anne matris marie. — (27) Septem dormiencium. — (28) Pantaleonis mr. — (29) Deposicio s. Ladizlai.* — (31) Germani epi.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani et ſociorum eius. — (4) Juſtini preſb. — (5) Oswaldi regis et mr. — Maria de niue. — Dominici cf. — (6) Transfiguracio domini. — (7) Affre mr.* — (9) Romani mr. — (12) Clara.* — (16) Arnulfi epi. — (20) Stephani regis. — (22) Oct. S. Marie. Apollinaris mr. — (23) Uigilia. — (25) Genesij mr. — Audeoni (!) cf. — (30) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidij abb. et cf. — (2) Deposicio ſancti Emerici cf. — (3) Anthonini mr. — (4) Marcellini mr. — (5) Quintini mr. — (6) Magni cf. — (7) Ewrcij epi. et cf. — (10) Hilarij pp. — (12) Serapionis mr. — Maurilij cf.* — (13) Philippi epi. — (17) Lamberti epi. — (18) Florencij mr. — (19) Theodorii mr. — (20) Fauste v. — (22) Mauricij cum ſocijs ſuis. — Emmerami mr.* — (23) Tecle v. — (24) Gerardi epi. — (25) Cleophe virginis (!) — (26) Cypriani mr. — (28) Wenzelay (!) mr.

Oct. (1) Remigii, Germani, Vedasti epor. — (2) Leodegarii epi. — (3) Dyony-
sij epi. — (4) Francisci cf. — (5) Faustini mr. — (6) Marcij pp. — Stanizlai epi.
et mr. — (8) Symeonis mr. — (9) Dyonisi, Rustici et Eleuterij mr. — (10) Gereon-
is et soc. eius. — (11) Taraci, Probi et Andronici mr. — (12) Maximiliani epi.
— (13) Colomanni mr. — (15) Basolij (!) cf. — Cerbonij cf. — (16) Galli cf. —
(17) Neronis mr. — (19) Januarij et soc. eius. — (20) Quirini cum sociis suis.
— (21) Undecim milia uirginum. — (22) Seueri epi. — (23) Seuerini cf. — (24)
Bonifacii mr. — (25) Crispi et Crispiniani mr. — (26) Demetrij mr. — Vedasti
et Amandi.* — (29) Narcissi epi. — (30) Ducentorum mr. — (31) Quintini mr.*
— Quirini mr. — Vigilia.

Nov. (1) Festiuitas omnium sanctorum. — (2) Recordacio defunctorum.
— Eustachij cum socijs.* — (3) Quarti. — (4) Proculi epi. — (5) Translacio s.
Emerici cf. — (6) Translacio s. Adalberti epi. — Leonardi cf.* — (7) Villibrordi
epi. — (10) Martini pp. — (12) Benedicti, Isaac et Johannis. — (13) Briccij epi.
— (14) Clementini epi. — (15) Secundi mr. — (16) Othmari abb. — (17) Aniani
epi. et cf. — (18) Romani mr. — (19) Elyzabet vidue. — (20) Ponciani (!) epi.
— (21) Columbani cf. — (25) Katherine v. — (26) Lini pp. — (27) Vitalis et Agri-
cole mr. — (28) Sostenes mr.

Dec. (1) Candide v. — (2) Longini militis. — (3) Claudij et Tribuni mr. —
(4) Barbare v. — (5) Dalmacij mr. — (6) Nycolai epi. et cf. — (8) Concepcio
S. Marie. — (10) Eulalie v. — (12) Pauli cf. — (14) Nycasij mr. — (15) Maximini
cf. — (16) Ananie, Azarie, Misahelis mr. — (17) Lazari epi. et mr. — (18) Rufi
et Zosimi mr. — (19) Ammonis et Zenonis mr. — (20) Athasij (!) epi. — Uigilia.*
— (22) Triginta martirum. — (23) Victorie v. — (29) Thome epi. et mr. — Dauid
regis. — (30) Sabini epi. — (31) Columbe v.

Post f. 13: lacuna; desunt f. antiquae numerationis „I—IV“.

f. 14—87: **Proprium de tempore**; inde a quatuor temporibus aduentus.

f. 16—18: 4 missae Natiuitatis cum tribus lectionibus, v. Tab. V.

f. 29.—30: Impositio cinerum: collata cum Tab. XVII. „*In capite
ieiunii feria quarta exorcizmus () cinerum sequitur. — I. Exorcizo te cinis . . .*“ =
Tab. nr. 1. — 2. „*O. s. d. parce metuentibus . . .*“ = Tab. nr. 2. — 3. „*D. qui
non mortem, sed penitentiam . . .*“ = Tab. nr. 3. — 4. „*Sequitur (antiphona).
Exaudi nos domine . . .*“ = Tab. nr. 4. — 5. „*Oracio. Cc. n. d. presidia milicie . . .*“
= Tab. nr. 5. — 6. „*Ant. Immutemur habitu . . .*“ = Tab. nr. 6. — 7. „*Ant-
Juxta uestibulum . . .*“ = Tab. nr. 7. — 8. „*Interim dum canuntur antifone,
ponendi sunt cineres a sacerdote et dicat: Memento homo quia cinis et puluis es,
et in cinerem et in puluerem reuerteris.*“ = Tab. nr. 8. — 9. „*R. Emendemus.
ps. Miserere mei deus. Hoc finito dicitur: K(yrie eleison). X(pe eleison) K(yrie
eleison). Pater noster. Domine non secundum peccata nostra f(acias) n((obis).
Neque secundum iniquitates.*“ = Tab. nr. 9. — 10. „*Dom. uobiscum. Oremus.
Flactamus genua. Exauditor omnium deus . . .*“ = Tab. nr. 10. Instar specimi-
nis posuimus ritum impositionis cinerum, ut videamus, quantum concordat
ritus manuscriptus cum libris impressis; ceterum sufficiat hoc tantum comme-
morare.

f. 64—66': „*Ordo in dominica ramis palmarum*“, collatus cum Tab. XVIII.
1—3. omnino ut nr. 1—3. Tab-ae. — 4. „*Graciam tuam qu. d. mentibus nostris
infunde . . .*“ — 5. „*Oracio. Adiuua domine fragilitatem . . .*“ = Tab. nr. 4. —
Cetera omnia adamussim, ac in Tab. XVIII. etiam rubricae fere ad verbum
caedem sunt.

f. 77'—78: „*In cena domini.*“ (Tantum missa.)

f. 78'—82': „*Ordo in parasceve.*“ Sicut in Tab. XIX. — In fine legitur: (f. 82'): „*Sacerdos accipiens corpus domini frangat mittatque in calicem nichil dicens et sic sacratur vinum. Deinde singuli communicantes in sua redeant loca. Vespera canatur priuatim.*“ Nihil de locatione sepulchri habetur.

f. 82'—87': „*Ordo in sabbato sancto.*“ Collatus cum Tab. XX. — f. 82'—83: Benedictio ignis omnino ut Tab. nr. 1—7. — f. 83—83': Benedictio incensi ante cerei benedictionem: „*Ueniat dyaconus ante altare et incipiat benedictionem cerei dicens Exultet iam. Et interim benedicatur a sacerdote incensum tali modo.*“ (1) „*Veniat o. s. d. super hoc incensum . . . maiestatis assistat.*“ (2) „*Qu. o. d. abraham. d. ysaac. d. jacob inmitte in hanc cretauram incensi . . . sedem habere non possit.*“ (3) „*D. qui moysi famulo tuo . . . perpetua redoleat suavitate.*“ — (4) „*D. d. o. cui astat angelorum exercitus . . . a morsu serpentis antiqui.*“ — f. 83'—84: „*Exultet . . . et gloriosissimo rege nostro N. eiusque nobilissima prole . . .*“ — f. 84—86: „*Tunc lector stans ante altare incipiat sine tytulo.*“ Prophetiae ut in Tab. XX. habentur.

f. 87'—95': **Ordo missae.** — f. 87'—88': Offertorium sicut in MRom. — f. 88'—90': Praefationes cum notis musicis. — Post f. 90 desunt ff antiquae numerationis „LXXXII—LXXXIV“. — f. 91—95': Canon. f. 91: „*Pro archiepiscopo nostro.*“ — f. 92: post consecrationem hostiae: „*Hic eleuet corpus. Deinde accipiat calicem in manus dicens . . . Hic eleuat calicem et postea reponat et extendat manus in modum crucis.*“ — f. 95—95': Orationes post communionem sacerdotis, ut leguntur apud codicem Posoniensem „A“ p 84.

Post f. 95' lacuna, desunt ff antiquae numerationis „LXXXX—LXXXXV.“

f. 96—122': **Proprium de tempore**, olim a Pascha incipiens, nunc a Dom. II. post Pascha, usque Dom. XXIV. post Pentecosten.

Post f. 101: lacuna; deest f. „CI“ ant. numerationis, missa Pentecostes.

Post f. 105: desunt ff „CVII—CVIII.“

Post 122: desunt ff „CXXXVI—CXXXVII“, sic Proprium sequens mutilum incipit.

f. 123—166: **Proprium sanctorum**, propter lacunam incipiens a 8. Dec. — f. 140': „*Ladislai regis.*“ — f. 148: „*In deposicione s. Ladizlai.*“ — f. 152: „*De s. Stephano rege.*“ — f. 163: „*Emerici ducis.*“ — f. 163': „*Translacio s. adalberti.*“ — f. 165: „*De sancta Elyzabeth.*“

f. 166—180: „*Incipiunt misse communes de festis sanctorum qui carent propriis. In vigilia vnius apostoli.*“

f. 180'—195': **Missae votivae.** Ex iis: f. 181': „*De quinque vulneribus.*“ — f. 182': „*De spinea corona.*“ — f. 183: „*De lancea domini.*“ — f. 191: „*Contra obloquentes.*“ — f. 191: „*De sancto Joseph*“ (propheta); eadem orationes ac in codice „F“ p. 166. missa plena. (Introitus): „*Os iusti. Leccio yeremie prophete.* (Jer. 17, 7—). *Gr(aduale). Justus non cont(er)itur. V. Justus ger(minabit). — Ew(angeliu)m Vigilare quia nescitis. — Off. Veritas mea. — Comm(unio.) Fidelis seruus et pru(dens.)* — f. 191—191': „*De tribus regibus*“ — f. 191': „*Contra furtum.*“ — f. 192—194': Missae pro defunctis. — f. 195: Missa de transfiguratione domini.

f. 195'—204': **Sequentiarium.**

In interiore parte tegumenti posterioris: Missa de dedicatione altaris.

42. MISSALE ITINERANTIUM DIOECESIS PATAVIENSIS EX ANNO 1459.

(*Bibl. O. F. Min. Sabariensis nr. 6268.*)

Partim membranaceum, partim chartaceum — ff 175 — 22×14 cm. — a. D. 1459 (in calce codicis) — scriptura Gothica, unica columna — compactum assibus corio fusco tectis (s. XV.) — initiales simplices rubrae et caeruleae.

POSSESSOR: Olim bibl. Provincialatus B. M. V O F. Min. Hungariae Posonii, ubi codicem vidit 1878 Jo. Csontosii.

PROVENIENTIA: Kalendarium intimo nexu iungitur kalendario Pataviensis Missalis e s. XIV. (v. supra p. 103), ideo dioecesim Pataviensem tenemus ut locum originis huius codicis. Etiam desunt hoc, sicut alterum, pro itinerantibus concinnatum esse concludimus ex eo, quod desunt missae dominicarum et feriarum et etiam sanctorale satis ieiunum est.

BIBLIOGRAPHIA: Jo. Csontosii, A pozsonyi szent ferencrendiek tartományi könyvtárának kódexei, MKSz 1878, 52 nr. 14. — VH p. 101, nr. 36. qui suspicatur codicem ad aliquem ordinem religiosum spectasse, forte Augustinianos, sed immerito, nam tantum ad transl. Augustini (11. Oct.) posset provocare. — RInd nr. 220. ubi vestigia Csontosii sequens erronee dixi, missale scriptum esse in usum Hungaricum.

f. 1—1': Index missarum.

f. 2—13': **Kalendarium.** — Simul recensemus kalendarium codicis 6267. bibl. O. F. M. Sabariensis, sub siglo „B“ (p. 103.); cod. nr. 6268. sub siglo „A“.

Jan. (2) Oct. S. Stephani; A. B. — (3) Oct. S. Johannis: A. B. — (4) Oct. S. Innocentium: A. B. — (5) Seuerini cf.: A. B. — (7) Valentini epi.: A. B. — (8) Erhardi epi.: A. B. — (10) Pauli primi heremite: A. B. — (17) Antonii abb.: A. B. — (24) Thimothei apli: A. B. — (26) Policarpi: A. B. — (27) Johannis cf.: A. B. — (29) Valeri: A. — (31) Vigiliij epi. et soc.: A. B.

Febr. (1) Brigide v.: A. B. — (3) Blasij epi. et mr.: A. B. — (6) Dorothee v. et mr.: A. B. — (9) Appollonie v. et mr.: A. B. — (10) Scolastice v.: A. B. — (12) Simplicij epi. et mr.: A. — (24) Mathie apli: A. B. — (25) Walpurgae v.: A. B. — (28) Romani heremite: A.

Mart. (2) Kunegundis v.: A. B. — (3) Adriani mr.: B. — (6) Quiriaci mr.: A. — (9) XL militum mr.: A. — (17) Gerdrudis v.: A. B. — (19) Joseph nutricij domini: A. — (21) Benedicti abb.: A. B. — (24) Quirini mr.: A. — (26) Castuli mr.: A. — (27) Ruperti epi.: A. B. — (31) Sabine v.: A. B.

Apr. (1) Conuersio s. Marie Magdalene: A. — (4) Ambrosij epi.: A. B. — (7) Celestini pp.: A. — (9) Marie egipciace: A. B. — (18) Eleuterij pp. Victoris pp.: A. — (22) Gaij pp. et mr.: A. — (23) Georij mr.: A. B. — Adalberti epi. et mr.: A. — (25) Marci ew. Letania maior: A. B. — (26) Marcellini et cleti pp. et mr.: A.

Mai. (1) Walpurgae v.: A. — Sigismundi regis: B. — (2) Translacio s. Elisabeth: A. — (4) Floriani mr.: A. B. — (5) Gotthardi epi.: A. B. — (6) Transl. s. stephani: A. B. — (8) Victoris mr.: A. B. — Apparicio s. Michaelis: B. — (11) Mamerti epi.: A. — (13) Gengulfi mr.: A. — (13) Seruatij: A. — (14) Bonifacij mr.: A. B. — (15) Sophie vidue: B. — (17) Brandani mr.: A. B. — (19) Potenciane v.: A. B. — (22) Helene regine: A. B. — (23) Desiderij epi.: A. — (24) Translacio s. Dominici: A. — (29) Maximini epi.: A. — (30) Felicis epi.: A. — (31) Petronelle v.: A. B.

Jun. (2) Erasmi epi. et mr.: A. B. — (5) Bonifacij et soc. eius: A. B. — (7) Translacio b. Seruacij: A. — (8) Medardi epi.: A. — (11) Barnabe apli: A. B.

— (13) Anthonij cf.: A. — (14) Basilij epi.: A. — (15) Viti, Modesti et Crescencie mr.: A. B. — (21) Albani mr.: B. — (22) Achacij et soc. eius: A. B. — (25) Eloy fabri: B. — (27) Septem dormiencium: A. B.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt.: A. B. — (2) Visitacio S. Marie: A. B. — (4) Udalrici epi.: A. B. — Translacio S. Martini: A. — (7) Willibaldi epi.: A. B. — (8) Kyliani et soc. eius: A. B. — (9) Translacio S. Nicolai epi.: A. — (11) Transl. Benedicti: A. — (12) Margarete v. et mr.: A. B. — (13) Hainrici imp.: B. — (15) Diuisio apolorum: A. B. — (17) Alexij cf.: A. B. — (21) Braxedis v.: A. B. — (22) Marie Magdalene: A. B. — (23) Apollinaris: A. B. — (24) Cristine v.: A. B. — (26) Anne matris marie: A. B. — (27) Martha hospita Xpi: B. — (28) Panthaleonis mr.: A. B. — (31) Tertullini mr.: A.

Aug. (3) Inuencio (B: Translacio) S. Stephani: A. B. — (4) Valentini epi. translacio: A. B. — (5) Osvaldi regis: A. B. — (11) Radegunde v.: A. — (20) Bernardi abb.: A. B. — (22) Oct. S. Marie: A. B. — (23) Vigilia: A. — (25) Translacio hedwigis uidue: A. — (30) Paulini epi.: A.

Sept. (1) Egidij abb.: A. B. — (2) Anthonini mr. Nonosi (!) epi.: A. — (6) Magni cf.: A. — (7) Regine v.: A. — (8) Adriani et Corbiniani: A. — (9) Kunigundis v.: B. — (13) Tricesimus assumpcionis marie: A. — (17) Lamperti epi. et mr.: A. B. — (19) Januarij epi.: B. — (22) Mauricij: A. B. — (23) Tecle v.: A. B. — (24) Ruperti epi.: A. B. — Concepcio Johannis Bapt.: A. — (26) Cipriane et Iustine: A. — (26) Virgilij epi.: B. — (28) Wencezlai: A. B.

Oct. (1) Remigij epi. et soc. eius: A. B. — (2) Leodegarij epi. et mr.: A. B. — (4) Francisci cf.: A. B. — (6) Fidis v.: A. B. — (9) Dionisij et soc.: A. B. — (10) Gereonis mr.: A. B. — (11) Translacio s. augustini: A. — (12) Maximiliani epi.: A. B. — (13) Colomanni mr.: A. B. — (15) Hedwigis uidue: A. B. — (16) Galli cf.: A. B. — (17) Marthe sororis Lazari A. B. — (19) Januarij et soc.: A. B. — Pelagie: A. — (21) XI. mil. uirginum: A. B. — (22) Seueri epi.: A. B. — (23) Seuerini epi.: A. B. — (25) Crispini et Crispiniani mr.: A. B. — (26) Vedasti et Amandi: A. B. — (29) Narcissi epi.: A. B. — (30) Germani epi.: A. — (31) Wolfgangi epi.: A. B. — Vigilia: B.

Nov. (1) Omnium sanctorum: A. B. — (2) Commem. animarum, Eustochij: A. B. — (3) Pirminij epi.: A. — (5) Zacharie proph.: A. — (6) Leonardi: A. B. — (7) Willibrordi epi. Translacio s. Virgilij: A. — (12) Edmundi epi.: „B.“ — (13) Briccij epi.: A. B. — (15) Leopoldi: A. (alia manu) — (16) Othmari abb.: A. B. — (18) Oct. S. Martini: A. B. — (19) Maximini presb. Elizabeth uidue: A. B. — (23) Columbani et Felicitatis: A. — (25) Katherine v.: A. B. — (26) Lini pp. et mr.: A. B. — (27) Virgilij epi. et cf.: A. B.

Dec. (1) Mauri et Darij (!): A. — (2) Longini mr.: A. — (4) Barbare v.: A. B. — (6) Nicolai epi.: A. B. — Petri, Wilhelmi, Malachie: B. — (8) Concepcio S. Marie v.: A. B. — (13) Otilie v.: A. B. — Jodoci cf.: A. — (14) Nichasi epi. et mr.: A. — (15) Ignacij epi. et mr.: A. — (16) Trium puerorum: A. — (20) Vigilia: A. B. — (29) Thome canturiensis epi. et mr.: A. B.

f. 14—47: **Proprium de tempore:** Dominicae Adventus, Nativitas et 3 festa, circumcisio, epiphania, pascha, fer. II. III. IV. Pasch., ascensio, pentecostes, trinitas, corpus Christi.

f. 47—55: **Ordo missae.** — f. 47—48': „*De beata virgine*“ (Gloria). „*Canticum angelorum*“. — Credo. — f. 48'—51: Praefationes. — f. 51': evangelium „*Missus est*“. — f. 52—55: Canon.

f. 55—67': „*In purificatione*.“ = **Festa B. Mariae V.:** Purificatio, annuntiatio, assumptio, nativitas, conceptio.

f. 67'—74': „*De commemoracionibus beatissime virginis marie per circulum anni et primo in aduentu*“ = Missae votivae B. M. V.

f. 74'—109': „*De sco Andre (!)*“ = **Proprium sanctorum.** — f. 109': „*De sancta helena officium*“ et f. 110: „*De sco Colomanno officium*“ suppleta sunt.

f. 110'—112: „*De dedicacione officium.*“

f. 112—114: „*In letania*“, supplementum.

f. 114—115': „*Collecta communis.*“

f. 115'—118': „*Incipit commune sanctorum et primo in vigilia vnius apostoli officium.*“ = Commune sanctorum.

f. 131—132: „*Pro prelati defunctis.*“ Missa „*Si enim credimus quod iesus mortuus est*“ Introitus, offert. et communio sicut in codice Prayano, p. 53.

f. 132—140: Collectae pro defunctis.

f. 140—142': Epistolae et evangelia pro defunctis.

f. 142'—146': Epistolae et evangelia communia.

f. 146'—150': „*De sanctis infra pascha.*“

f. 150'—175: Sequentiarium. — f. 173—174: Supplementum: „*De sancto wolfgango officium.*“

43. MISSALE ITINERANTIUM O. S. AUG. DE EWICH EX ANNO 1471.

(*Bibl. Metropolitana Strigoniensis.*)

Membranaceum — ff 51 — 29 × 20.5 cm. — a. D. 1471 — scriptura Gothica, unica columna — compactum assibus corio fusco tectis (s. XV.) — notae musicae 5 linearum — initiales simplices rubrae; imago Canonis depicta.

POSSESSOR: In tabula anteriore: „*Anno dni millesimo quadringesimo septuagesimo primo scriptus est liber iste in monasterio sci saluatoris mundi in Ewich ordinis regularium procurante et disponente Rutgero de Heygen prouisore pro tempore eiusdem ecclesie pro quo oretur.*“

PROVENIENTIA: Monasterium canonicorum regularium O. S. Augustini de Ewich,¹ situm in dioecesi Coloniensi, reformatum saec. XV. Tantum festa summa leguntur, unde concluditur nostrum codicem esse missale pro itinerantibus.

BIBLIOGRAPHIA: P. Lehmann, Handschriften und Handschriftenbruchstücke des 8—15. Jahrhunderts in Esztergom, Egyetemes Philologiai Közlöny 1938, 165—166, ubi codicem ex oblivione, ut videtur, lectionarium vocat. — REszT p. 95—97. — RInd nr. 134.

f. 1—2: „*In die nativitatit domini*“ (missa III.).

f. 2'—5: „*Anthonij conf.*“ cum notis musicis.

f. 5—6': „*In annunciacione marie.*“

f. 6'—7': „*In die pasche.*“

f. 8—9: „*In commendacione marie*“. Collecta: „*O. s. d. majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut unigenitus tuus d. n. J. Ch. in cruce pendens gloriosissime matris suae doloribus condolens discipulo commendavit, ita nos precibus et intercessione eiusdem semper gloriose virginis digneris nos tibi in omnibus tribulationibus habere commendatos.*“

¹ J. H. Zedler, Grosses, vollständiges Universal-Lexicon, VIII. Halle und Leipzig 1734, Sp. 2254.

f. 9—10': „*In purificatione B. Marie virg.*“

f. 10'—12': „*In die penthecostes.*“

f. 12—17: „*In die visitacionis,*“ = Festa B. M. V. — f. 13'—15: „*In die assumptionis.*“ — f. 15—16': „*In natiuitate Marie.*“ — f. 16'—17: „*In presentacione Marie.*“

f. 17'—20': „*In dedicatione ecclesie.*“ — f. 20': „*In dedicatione altaris.*“ Cum notis musicis 4 linearum.

f. 21—28': **Ordo missae.** — f. 21—21': „*Laus angelica. — De Domina*“
2 Gloria Credo. — f. 21'—22: Offertorium. „*Hic spargat corporale faciens crucem super calicem coopertum. Sit sacrificium istud benedictum in nomine patris et + filij et spiritus sancti. Quid retribuum domino pro omnibus . . . nomen domini invocabo. — Leuet calicem: In spiritu humilitatis . . . — Recipe hostiam cum pathena pretermisso calice: Acceptum sit omnipotenti deo sacrificium istud altari tuo superpositum. — Tunc inclinatus ante altare dicat leuando manus super utrumque iunctis palmis faciat crucem: Veni sanctificator . . . Cum manibus inclina super altare: Suscipe sca trinitas . . . Hic vertit se ad populum explois manibus: Orate pro me peccatore fratres et sorores, ut meum et vestrum sacrificium sit acceptum omnipotenti deo.*“ — f. 22—24: Praefationes. — f. 24': Imago Canonis depicta. — f. 25—28: Canon. — f. 28': „*Exuens casulam. Dominus vobiscum. Inicium s. euangelij scdm Johannem. In principio et cetera totaliter.*“ Deinde oratio: „*Protector in te sperantium domine . . .*“ et canticum trium puerorum.

f. 29—34': **Commune sanctorum.**

f. 34'—51: **Missae votivae.** — „*De trinitate — de spiritu sancto — de sancta cruce — in commemoracione marie — de domina infra pascha et pentecosten — a natiuitate usque ad purificationem de domina — pro omnibus tribulatis — pro pace — pro infirmo — pro pestilencia — dominicis diebus de omnibus sanctis — Item in festo novem lectionum — pro omni gradu ecclesie — pro episcopo — in ordinatione presbiteri — contra temptationem carnis — pro itinerantibus — pro serenitate aeris — pro pluua — generalis — pro defunctis.*“

f. 51': „*Exorcismus salis et aque.*“

44. MISSALE SECUNDUM CHORUM WRATISLAWIENSEM EX ANNO 1476.

(*Bibl. Seminarii Maioris Jaurinensis Ms. A. 1.*)

Membranaceum — ff 320 — 33.5 × 25 cm. — a. D. 1476 (f. 320) — scriptura semicursiva Gothica — compactum assibus corio fusco tectis, munitum lamellis aereis angularibus (s. XV.) — litterae initiales simplices rubrae et caeruleae; 2 figurales; 9 ornamentales.

POSSESSOR: In tabula anteriore: „*Eccl. Cath. Jaurinensis 539.*“ (S. XVIII.)

SCRIPTOR: f. 320: „*Laus sit deo. Anno M-o CCCC-o LXXVI-o Feria Tercia post festum S. Michaelis archangeli.*“ = 1. Oct. 1476.

PROVENIENTIA: Tribus vicibus (f. 194, f. 197', f. 242.) citatur rubrica „*secundum chorum wratislawiensem*“. Silesiam commendat ut locum originarium etiam Sanctorale codicis, quod characterem Polonicum prae se fert, quod conuenit Wratislawiae, urbi capitali Silesiae a Polonis conversae ad fidem. f. 194: „*prius tenetur de sco Adalberto et sequenti die de sco georgio*“. — f. 230: „*Translacio hedwigis.*“ f. 242': „*Translacio stanislai.*“ — f. 247: „*Hedwigis ducisse.*“ Silesia ab anno 1335 ad regnum Bohemiae pertinebat, cum autem rex Hungariae Matthias Corvinus inde ab 1469

etiam rex Bohemiae erat, qui potissimum Wratislawiam regno suo subiiciebat, facile intelligitur, festum S. Stephani protoregis in missali nostro locum obtinuisse (f. 230). Ceterum nulla indoles Hungarica animadverti potest. Intimas relationes Wratislawiam inter et Hungariam saec. XV. prodit etiam materia archivistica Wratislawiae annis 1883. et 1892. detecta.¹

BIBLIOGRAPHIA: Kisfaludy Á. Béla, A győri püspöki nagyobb szeminárium könyvtára, MKSz 1884, 30. — Zalka László, A győri püspöki papnevelőintézet könyvtárának czímjegyzéke, Győr 1893, p. 2. — RInd nr. 117.

f. 1—126': **Proprium de tempore.** a Dom. I. Adventus usque sabb. post Pentecosten. — Initium evulsum est, ubi Kalendarium fuit. — f. 9—12': 4 missae nativitatis cum tribus lectionibus, ut Tab. V. — f. 29': „*In die cinerum*“ tantum missa. — f. 80: Dom. Palmarum; tantum missa. — f. 96': feria IV. hebd. maioris in lectione passionis: „. . . *uelum tem- hic uelum cadit -pli scissum est. . .*“ — f. 97—99: fer. V. in caena domini: tantum missa. — f. 99—102: fer. IV. in parasceve: „*Secundum Johannem sine titulo*“ passio et nihil aliud. —

f. 127—136': **Ordo missae.** — f. 127—127': Gloria, Gloria B. M. V. Credo. — f. 127'—128': **Offertorium.** „*Ad introitum misse dicitur off(icium)*“ — (1) „*adoratorium nostrum. Qui fecit. Domine labia mea. Os meum.*“ — (2) „*Ad infundendum aquam et vinum in calicem dicat: In nomine d. n. J. Ch. de cuius latere exiuit sanguis et aqua ffitat hec commixcio(!) huius sacrificij in nomine patris.*“ — (3) „*Leuando manus dicat: Veni sanctificator. . .*“ — (4) „*Sacerdos: Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit, diaconus dicat: Immola deo sacrificium laudis et redde altissimo uota tua.*“ — (5) „*Accipit calicem: Calicem salutaris accipiam. . . saluus ero.*“ — (6) „*Sacerdos leuando calicem dicat: Oremus. Suscipe s. Trinitas. . . et omnium sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi et quorum festiuitas hodie celebratur per uniuersum mundum et quorum nomina uel reliquie in hac sacra uenerantur ecclesia, ut illis proficiat in honorem, nobis autem ad salutem, animabus omnium fidelium defunctorum ad uitam et requiem sempiternam, et illi. . . facimus in terris.*“ — (7) „*Ponendo calicem in modum crucis dicat: Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium. Patenam deponendo cum oblatione eodem modo: Et tui amoris in eis ignem accende. Seipsum signando cum patena: Qui per diuersitatem. . . congregasti.*“ — (8) „*Oremus. Sanctifica qu. dne hanc oblationem, ut nobis unigeniti filii tui corpus et sanguis fiat. Amen.*“ — (9) Incensatio, ut in MRom. — (10) „*Inclinando se dicat: In spiritu humilitatis. . .*“ — (11) „*Vertens se ad populum dicat parum altius: Orate pro me peccatore fratres et sorores. . .*“

f. 128'—130': Praefationes. — f. 131—136': „*Sequitur canon maior.*“ — f. 132: „*Hanc igitur. . . diesque — Tunde pectus — nostros in tua pace. . .*“ — f. 135: **Ritus pacis:** „*D. J. Ch. qui dixisti. . . eamque secundum uoluntatem tuam — osculatur corporale — pacificare, custodire — osculatur patenam — coadunare et regere digneris. Qui uiuis — Osculatur liber(): Habete uinculum pacis. . . misterijs xpi. Osculata pace dicat: Pax tecum. Pax xpi et ecclesie semper habundet in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.*“

f. 137—170: **Proprium de tempore;** a Trinitate usque Dom. XXV. post Pent.

f. 170—171': „*In dedicatione templi.*“

f. 171'—259: **Proprium sanctorum.** Deficiente Kalendario hoc loco omnes Sanctos hic occurrentes recensemus. A vigilia Andreae usque Saturnini mr. (29 Nov.)

¹ Schönherr Gyula, A boroszlói levéltári lelet magyar vonatkozásai, MKSz 1892/93, 277—290.

Jan. (2) Oct. S. Stephani. — (3) Oct. S. Johannis. — (4) Oct. S. Innocentum. — (7) Genofeue v. — (10) Pauli primi heremite. — (13) Hilarii cf. — (17) Antonii mon. — Speosippi, Eleosippi, et Meleosippi. — (24) Thimothei apli. — (26) Policarpi mr. — (27) Johannis Crisostomi. — (31) Aldegundis v.

Febr. (1) Ignacii mr. Brigide v. — (3) Blasii mr. — (6) Vedasti et Amandi. Dorothee v. — (8) Helene regine de una electa. — (9) Appollonie v. — (10) Scolastice v. — (12) Zotici, Irenei et Jacincti. Eulalie v. — (16) Juliani (!) mr. — (24) Mathie apli.

Mart. (7) Thome de aquino. — (4) Translacio s. Wenceslai. — (17) Gerdrudis v. — (21) Benedicti abb.

Apr. (4) Ambrosij epi. — (?) Ruperti epi. — (9) Marie egipciece. — (f. 194): „*Et notandum quod secundum chorum wrat (27. Mart.) (islawiensem) prius tenetur de sco adalberto et sequenti die de sco Georgio.*“ — (23) S. Adalberti. — (24) Georgii mr. — (25) Marci ew. Letania maior. — (29) Petri noui mr.

Mai. (1) Walpurgis v. — (3) (f. 197'): „*Eodem die in prima missa secundum chorum wrat (islawiens) e teneatur de hys sanctis, videlicet Alexandri, Evencij et Theodori.*“ — (5) Gotthardi epi. — (7) Juvenalis cf. — (8) Apparicio s. Michaelis. Stanislai mr. — (9) Translacio s. Nicolai. — (11) Gundolphi (!) mr. — (13) Seruacij. — (29) Maximini epi. — (30) Cantii, Canciani et Cancianille. — (31) Petronille. v.

Jun. (2) Erasmi mr. — (5) Bonifacii mr. — (6) Vincencii epi. et mr. — (8) Medardi epi. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonii cf. — (15) Viti, Modesti et Crescencie. — (21) Albani mr. — (22) Decem millium militum. — (26) Johannis et Pauli.

Jul. (1) Oct. S. Johannis Bapt. — (2) Visitacio B. M. V. — (3) Translacio s. Thome. — (4) Udalrici cf. et pont. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani et soc. eius. — (11) Benedicti abb. Naboris et Felicis. — (12) Margarete v. et mr. — (13) Heynrici imperatoris. — (15) Diuisio aplorum. — (17) Alexii cf. — (18) Arnolphi cf. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris mr. — (24) Cristine v. — (24) Vigilia. — (25) Cristofori mr. — (26) Anne matris marie uirginis. — (27) VII dormiencium. Marthe v. — (28) Pantaleonis. — (31) Germani cf.

Aug. (3) Inuencio srum Stephani, Nycodemi, Gamalielis et Abybon. — (5) Osvaldi regis et mr. — Dominici cf. — (7) Affre mr. — (9) Romani mr. — (11) Radegunde ancille. — (12) Clare v. — (16) Arnolphi cf. — (20) Stephani regis. Bernhardi abbatis. — (22) Oct. s. Marie. — (23) Thimothei et Apollinaris. Vigilia. — (25) Translacio s. Hedwigis. — (?) Translacio s. Adalberti. — (26) Secundi, Herenei et Habundi. — Auree v. — (27) Pelagii mr. — (30) Paulini cf.

Sept. (1) Egidii abb. — (2) Remacii sacerd. — (6) Magni cf. — (8) Eodem die Corbiniani. — (9) Kunigundis v. — (17) Lamperti. — (19) Januarii et soc. eius. — (22) Mauricii et soc. eius. — (23) Tecele v. — (24) Concepcio Johannis Bapt. Rodperti cf. — (26) Justine v. — (27) Translacio s. Stanislai. (f. 242): „*In translacione sancti stanislai in prima missa peragitur officium secundum chorum wrat (islawiensem) scorum Cosme et Damiani.*“ — (28) Wenceslai mr.

Oct. (1) Remigii, Germani, Vedasti, Nicetii et Bavonis. — (2) Leodegarii mr. — (3) Simplicii (!) et Serviliani. — (4) Francisci cf. — (5) Fidis v. — (6) Marcelli mr. — (9) Dionisii et soc. eius. — (10) Gereonis et soc. eius. — (11) Translacio s. Augustini. — (12) Maximiliani cf. — (15) Hedwigis ducisse. — (16) Galli cf. — (21) Undecim mil. virg. — (22) Seueri cf. — (23) Seuerini cf. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Amandi cf. — (31) Vigilia.

Nov. (1) Omnium sanctorum. — (2) Eostachii cum sociis. — (f. 254): „*Sciendum, quod in crastino omnium sanctorum tenetur officium animarum.*“ — (6) Leonardi cf. — (13) Briccii cf. — Ethmundi cf. — (16) Othmari cf. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elyzabeth. — (21) Columbani abb. — (25) Katherine v. — (26) Lini mr.

Dec. (4) Barbare v. — (6) Nicolai epi. et cf. — (8) Concepcio S. Marie. Zenonis cf. — (8) Casarie v. — (17) Beati Lazari mr. — (18) Willebaldi (!) cf. — (20) Vigilia. — (29) Thome epi. et mr.

f. 259—291: „*Incipit commune sanctorum.*“

f. 291—313': „*Secuntur misse uotiuue.*“ — „*Dominica de trinitate. — feria II. de angelis. — feria III. de sapientia. — feria IIII. de caritate. — fer. V. de s. spiritu — fer. VI. de cruce — in aduentu de domina — item de domina — de domina post natiuitatem domini — de domina post pascha — pro peccatis — pro seipso — contra malas cogitationes — pro amico — pro familiaribus — pro tribulatione — pro benefactoribus — pro infirmis — pro pace — pro iter agentibus — pro pluuia — pro serenitate — contra tempestates — pro sponsa — pro congregacione — contra raptos bonorum ecclesie — contra mortalitatem — de omnibus sanctis tempore passchali — pro apostolico — pro episcopo — pro omnibus ordinibus — contra temptationes — pro concordia — pro lacrimis — contra paganos — contra subitanam mortem — contra pestem animalium — contra sterilitatem — pro peccatis — pro confitentibus — contra hostes — pro concordia inimicorum — pro penitentibus — pro tribulatis — pro uiuis et defunctis — communis.*“

f. 313'—320: „*Secuntur misse pro defunctis.*“

f. 320: Colophonium. — f. 320': vacat.

45. MISSALE POSONIENSE (CODEX „F“)¹ 1480.

(*Mus. Nat. c. l. m. ae. 222.*)

Membranaceum — ff 194 — 38.5 × 28.5 cm. — a. D. 1480 — scriptura Gothica — f. 1—86': prima manus; f. 87—120': secunda manus; f. 121—181': tertia manus; f. 181': quarta manus; f. 182—193: quinta manus; adnotationes a variis manibus exaratae — compactum assibus corio fusco tectis (s. XV) in dorso corio gilvo renouatum, munitum lamellis angularibus et umbilicis aereis — litterae initiales simplices caeruleo et rubro depictae; 12 ornamentales.

POSSESSOR: f. 4: „*Incipit liber missalis Secundum Rubricam Strigoniensis dioecesis Quem fieri fecit honestus uir Dominus Johannes Potennperger Ciuis et Juratus Ciuitatis Posoniensis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo.*“ J. Potennperger in documentis ciuitatis Posoniensis pluries occurrit, ut magister ciuium. — Dein ad Capitulum Posoniense venit codex noster; cf. f. 1: „*Capitulum Posoniense 1633*“ unde cum aliis codicibus 13. Jan. 1813. Musaeum Nationale accepit missale.

SCRIPTOR: Quinque scriptores fecerunt laborem suum, et quidem inter annos 1480—1482; f. 77 enim conspicitur numerus „1482.“ Sec. E. Hoffmann duo miniores in illuminando codice sibi collaborasse videntur.

PROVENIENTIA: Sancti Hungariae in Calendario et Sanctorali, item inscriptio f. 4. euidenter demonstrant originem Posoniensem codicis.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 809 nr. 14. — Idem, Kortan p. 119. nr. 21. — Dankó Új MSion, 1871, 89. — 1882 KE nr. 42. — Hoffmann 89 s. — Ortvay III, 382. 395 s. — 1930 RE nr. 584. — BCat 197 s. — RInd nr. 35. — Jávör 22—24.

¹ De his codicibus v. adnotationem ad calcem codicis „A“ p. 77.

- f. 1—3': **Kalendarium**; v. p. 78.
- f. 4—76: **Proprium de tempore**. „*Incipit liber Missalis . . .*“ v. supra. Missae a Dom. I. Adventus usque Sabbatum sanctum.
- f. 10'—13': 4 missae Nativitatis cum 3 lectionibus; v. Tab. V.
- f. 26—27: „*Exorcismus cineris*“ ut in codice „A“, v. p. 82.
- f. 70—74: „*Ordo in paraseue*“ v. apud codicem „D“ p. 121.
- f. 74—76: „*Ordo in sabbato sancto*“ v. apud cod. „D“; tantum prophetiae et missa habentur; de benedictione ignis et cerei: „*Totum ut habetur in graduali*“ (f. 73'); de ceteris legitur adnotatio: „*Tunc fiat benedictio et processio ad fontem*“ (f. 75).
- f. 76: „*Modus offerendi*“ v. apud codicem „D“ p. 123.
- f. 76'—77: Praefationes, sine notis musicis.
- f. 77': Gloria, Credo.
- f. 78—81': Canon. — f. 81: Orationes ad communionem alia manu scriptae, uti in codice „A“ p. 84.
- f. 82—120: **Proprium de tempore** a Dom. Paschatis usque „*dominicum proximam ante aduentum*“ i. e. Dom. XXV. post Pentecosten.
- f. 120': „*In dedicacione ecclesie . . . in dedicacione altaris ecclesie*.“
- f. 120'—156: „*Incipit de sanctis primo in vigilia sancti andree*.“ — f. 136: „*Laudislai (!) regis et confessoris*.“ — f. 143: 6. Aug. „*Benedictio uee*“ v. apud codicem „A“ et „B“ p. 86. — f. 144': 15. Aug. „*Et fit commemoracio de sancto Stephano rege*.“ — f. 145': „*In vigilia sancti Stephani regis*.“ — f. 153': „*Emericum (!) confessoris*.“ — f. 154': „*Elyzabeth vidue*.“ — f. 155': „*De sancto Joseph propheta*“, Missa. Oratio quae sola legitur et in codice „B“: „*D. qui per absolucionem sompni beatum Joseph de carcere eduxisti et per opera misericordie tue apud pharaonem regem eidem gratiam contulisti, tribue nobis quesumus, ut eius (B: deest) meritis et intercessione ad gaudia eterna valeamus peruenire*“ (B: deest). — f. 156: „*Siluestri pape*.“
- f. 156—173: „*Incipit commune sanctorum et primo in vigilia vnus apostoli*.“
- f. 173—181': „*Incipit missa et primo de sancta Trinitate*.“ Missae votivae; v. eas apud codicem „A“ p. 84.
- f. 181': alia manu cursiva: „*De quinque vulneribus*“ missa.
- f. 182—193': **Sequentiarium**.
- f. 194: Gloria; alia manu.
- f. 194': vacat.

46. MISSALE POSONIENSE (CODEX „G“)¹ 1488.

(*Mus. Nat. c. l. m. ae. 219.*)

Membranaceum — ff 229 — 37.7 × 27.8 cm. — a. D. 1488 — scriptura Gothica — compactum assibus corio fusco nunc iam detricto tectis (s. XV) — cum notis musicis 4 linearum — litterae initiales simplices rubro, caeruleo et auro depictae; 8 ornamentales; 4 figurales excisae sunt.

POSSESSOR: f. 1: „*Das puch ist geordnet worden dem Allmechtigen got zu lob vnd Ere vnd dem heilign sand Merten durch die Ersam Fraw Magdalena Rosentalerin zu Gedechtnusz Ir vnd Irer geslecht sein In solcher mass das dasselb puch gebraucht sol*

¹ De his codicibus v. ad calcem codicis „A“ p. 77.

werden auf dem hohen Altar sand Mern pharkirchen hie zu Prespurg A. D. etc. LXXXVIII-o.“ Magdalena fuit relicta vidua Venceslai Rosentaler, civis honorati Poseniensis, quorum filius, Martinus, etiam magister civium fuit. — Missale dein ad Capitulum Poseniense devenit; cf. f. 2: „*Capituli Poseniensis 1633. Lit. M.*“ a quo Musaeum Nationale dono accepit 13. Jan. 1813.

SCRIPTOR: ignotus est; dimidium codicis eodem anno complevit, uti videtur f. 117: „1488.“

PROVENIENTIA: Sancti Hungariae in Calendario et Sanctotali Hungarum demonstrant; adnotatio supra citata ecclesiam S. Martini capituli collegiati Poseniensis evincit ut possessorem.

BIBLIOGRAPHIA: Knauz MSion 1868, 809 nr. 16. — Idem, Kortan p. 120. nr. 22. — 1882 KE nr. 45. — Ortvay II, 4, 379, nota 1. De familia Poseniensi Rosentaler: II, 385. 400; III, 383. 396. — VH p. 109. nr. 45. — Hoffmann E. Az Orsz. Magyar Szépművészeti Múzeum Évkönyvei 1924/26, 81. — Hoffmann 90—93 et Rmb 154. — 1930 RE nr. 583. — BCat 194 s. — RInd nr. 36. — Jávör 24—27.

f. 1': vacat.

f. 2—7': **Kalendarium**; v. p. 78.

f. 8—89': **Proprium de tempore** a Dom. I. Adventus usque Sabbatum sanctum.

f. 17'—20: 4 missae Nativitatis cum 3 lectionibus v. Tab. V.

f. 35—35': „*Exorcismus cineris*“ v. apud codicem „A“ p. 82.

f. 36': De tempore celebrandae missae in quadragesima: „*Si festum aliquod acciderit in hac die tunc missam post terciam agat. De ieiunio uero post nonam. Nota si festum aliquod proprium habet officium in loco misse pro defunctis post terciam celebretur. Si autem simplex fuit festum, per oracionem terciam commemoretur.*“

f. 82'—86': „*Ordo in parasceue*“ v. apud codicem „D“ p. 121.

f. 86': **Locatio sepulchri** in parasceve. „*Deinde sepulchro ornato et preparato sint in prompto thuribulum et candelae ardentes et sacerdos cum ministris. Postquam populus salutaverit crucem et recesserunt, et deferant eam ad sepulchrum lugubri uoce cantantes: Reuelabit. — Ecce quomodo moritur. — In pace. — Finitis responsorii collocetur in sepulchro et lintheaminibus et sudario cooperiatur, deinde lapis superponatur et cantetur remissa uoce Sepulto domino. — Recessit pastor. — Ps. Uoce mea ad dominum. — In pace factus est.*“

f. 86'—89': „*Ordo in sabbato sancto*“, ut apud codicem „D“ p. 122. Benedictionis ignis et cerei tantum mentio habetur: „*ut habetur in benedictionali . . . imponatur benedictio cerei alta uoce Exultet.*“ (f. 86'.)

f. 89': **Processio paschalis** sicut in codice „D“, sed post „*Vidi aquam*“ loco psalmi legitur: „*V. Domine apud te est fons uite alleluia. Et in nomine tuo uidebimus lumen alleluia. Collecta dicitur: Concede qu. o. d. ut qui festa paschalia agimus . . .*“

Post f. 101: deest folium antiquae numerationis XCVIII., Pentecostes.

Post f. 105 deest folium antiquae numerationis CIII., Dom. SS. Trinitatis.

f. 106—106': „*In dedicacione ecclesie.*“

f. 106'—107: „*Sequitur cantus angelicus*“ et Gloria B. M. V. et Credo.

f. 107—108': „*Incipit modus offerendi.*“ V. apud codicem „D“, p. 123.

f. 108—109': Praefationes, sine notis musicis.

f. 109'—113': Praefationes cum notis musicis.

Post f. 113 deest folium, ubi sine dubio imago Canonis habebatur.

f. 114—117: **C a n o n .** — f. 114: elevatio sicut apud codicem „D“ p. 123.

— f. 116—116': oratio post communionem „*Aue*“ . . . sicut in codice „A“ p. 84.

f. 118—143: **Proprium de tempore; dominicae (25) post Pentecosten.**

f. 143'—193': „*Incipit liber sanctorum.*“ A die 29. Nov.

f. 149'—150': **Benedictio candelarum 2. Febr. collata cum Tabella XVI.** „*Ordo in purificatione beate marie virginis ad aspersionem.*“ (1) „*Asperges me V. Ostende nobis domine. Oracio. Erudi qu. domine . . .*“ = Tab. nr. 1. — (2) „*Exeunte processione ad locum ubi candelae benedicuntur incipitur ant. Postquam impleti sunt dies . . . Oracio. Famulorum tuorum . . .*“ = Tab. nr. 2. sed aliud responsorium. (3) „*Benedicchio. D. s. p. o. e. d. bene + dicere et sanctificare digneris ignem . . .*“ = Tab. nr. 3. — (4) „*Aue gracia plena . . .*“ = Tab. nr. 4. — (5) „*Benedicchio. O. s. d. qui hodierna die unigenitum tuum ulnis . . .*“ = Tab. nr. 5. — (6) „*Adorna thalamum tuum syon . . .*“ — (7) „*Ben. D. d. o. creator celi et terre . . .*“ = Tab. nr. 6. — (8) „*Responsum accepit symeon . . .*“ = Tab. nr. 7. — (9) „*Benedicchio. Benedic d. J. Ch. hanc creaturam cere . . .*“ = Tab. nr. 8. — (10) „*Prefacio. Vere d. et . . . qui per serenissimam et placidissimam stellam . . .*“ = Tab. nr. 9. — (11) „*Or. O. s. d. qui per moysen famulum tuum . . .*“ = Tab. nr. 10. — (12) „*Incipit ps. Lumen ad reuelacionem gencium . . .*“ = Tab. nr. 11. — (13) „*Oremus. Illumina qu. d. populum tuum . . .*“ = Tab. nr. 12. — (14) „*Ant. Senex puerum portabat . . . in reuersione.*“ — (15) „*Oracio. Da qu. d. populo tuo . . .*“ = Tab. nr. 15. (Tab. ae nr. 13. 14. desunt in codice nostro.) — (16) „*Intrantibus ecclesiam incipiatur ant. Cum inducerent puerum Jhesum . . . Ps. Benedictus per totum.*“ = Tab. nr. 16. — (17) „*Or. Perfice in nobis . . .*“ = Tab. nr. 17.

f. 154: „*In annunciacione beate marie uirginis ad aspersionem. D. qui hodierna die uerbum tuum in beate uirginis aluo incarnare uoluisti, fac nos ita presentem celebritatem peragere, ut tibi placere ualeamus.*“

f. 155: „*De sancto Adalberto martire.*“ — f. 164': „*Ladislai regis.*“ — f. 169': „*Andree et Benedicti martirum.*“ — f. 176': „*In die sancti regis Steffani.*“ Processionem v. apud codicem „B“ p. 86.

f. 175': **Processio ad aspersionem 15. Aug.:** „*Cc. n. qu. o. d. ad b. M. semper v. gaudia eterna pertingere, de cuius ueneranda assumptione tribuis annua solennitate gaudere.*“

f. 180: „*In natiuitate beate marie uirginis ad aspersionem, ad processionem. Supplicationem seruorum tuorum deus miserator exaudi ut qui in natiuitate dei genitricis congregamur, eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur.*“

f. 190: 1. Nov. „*In die sancto. O. s. d. qui nos omnium sanctorum tuorum multiplici facis solennitate gaudere, cc. qu. ut sicut eorum temporale gratulamur officio, ita perpetuo letemur aspectu.*“

f. 181': „*In exaltacione s. crucis. (Ad aspersionem.) D. qui nos hodierna die exaltacione . . .*“ = MRom.

f. 191: „*Emerici confessoris.*“

f. 194—203: **Commune sanctorum, initio mancum; deest folium ant. numerationis CLXXXVIII.**

f. 203—215': „*Incipiuntur misse speciales. Et primo de sancto spiritu.*“ **Missae votivae; v. supra apud codicem „A“ p. 84.**

f. 216—228': **Sequentiarium.**

f. 229: vacat. — f. 229': manu cursiva, saec. XV. ex. missae e communi sanctorum.

In interiore parte tegumenti posterioris: alia manu saec. XV. ex.: „*Missa de transfiguratione domini.*“

47. MISSALE IN USUM BALTH. BATTHYÁNY CAPITANEI DE KŐSZEG 1489.

(Mus. Nat. „Nyelvemlékek 17.“)

Chartaceum — ff 91 — 21 × 14.5 cm. — a. D. 1489 — scriptura Gothica semi-cursiva — f. 2—7': prima manus; f. 8'—78': secunda manus; f. 79—80: tertia manus; f. 80': quarta manus; f. 81—81': quinta manus; f. 81'—83: sexta manus; f. 83—84: septima manus; f. 84'—85: octava manus; f. 85'—88: nona manus; f. 88'—89': decima manus. — compactum 1852 (sec. Mátray) charta grossa — initiales simplices rubrae; imago canonis f. 14'.

POSSESSOR: f. 23—24': in missa S. Sophiae 21 vicibus occurrit nomen possessoris, cui libellus scriptus est: „*famulus tuus Baltisar*“ (= Balthasar), i. e. Balthasar de Batthyány, tunc temporis capitaneus regis in arce Kőszeg, serius Banus Bosniae († 1520). Missale non in usum sacerdotis, sed in usum huius capitanei concinnatum esse, evidens est ex eo, quod rubricae aliquoties ad eum directae sunt, ut e. gr. f. 41: „*Prius incendisti ad quamlibet collectam unam candelam, ita et nunc ad quamlibet post-communionem extingue unam et dic unum pater noster et similiter istos versus: Iudica domine . . . Exaudi . . .*“ Haec interea dicenda sunt, dum sacerdos septem collectas absolvit. Missale ergo in usum laicorum concinnatum et tantum missas votivas continens satis pretiosum monumentum medio-aevale „missalium laicorum“ haberi potest. — A familia Batthyány missale ad aliquod monasterium Ord. Eremitarum S. Augustini venit; cf. f. 88'—89' (manus decima) missam S. Nicolai de Tolentino. — Anno 1841 bibliopola Samuel Litteráti-Nemes comparavit librum „in confinibus Styriae“, cf. adnotationem eius inferius. — Bibliophilus celebris Nic. Jankovich fuit dein possessor libri (v. apud Toldy in bibliographia); 20. Jan. 1852 a heredibus eius Musaeum Nationale pro 72 aureis comparavit codicem (v. infra apud Mátray).

SCRIPTOR: sec. colophonium f. 72: „*Et sic est finis in Kwzegh in feria sexta ante festum Beate lucie Virginis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo octuagesimo Nono sub egregio domino Baltisar de Batyan Capitanei eiusdem Civitatis et Castri Kwzegh per me Anthonium literatum nobilem de ffanch existens penes Albam regalem.*“ Unde colligitur scriptorem fuisse de Fáncs (Ffanch), prope Albam regiam. Codicem originale scripsit, i. e. ff 8'—78'; adiunxit Kalendarium coevum ab alia manu scriptum lingua Hungarica (f. 2—7'); decem ff ultima 8 aliae manus scripserunt, ut supplementa ad librum.

PROVENIENTIA: Ex hucusque dictis clare Hungarica est, quod vel missa SS. Stephani, Emerici atque Ladislai demonstrat (f. 22—22').

ADNOTATIONES: Manu coeva, sed forsitan alia (Bartonek) ad missas singulas adiecta sunt nomina missarum Hungarice; (v. apud Zolnai MKSz). — f. 3: „*Sig(num) Thaurus 2. Anno D. M. 494 Nos Baltasar de Bathian stetimus ad servicium Wladislavi Vngarie bohemiae regis etc. feria secunda ante festum benedicti abbatis in quadragesima et anno illo erat bissextilis annus.*“ — f. 3': „*Anno 1508 . . . Natus est Georgius filius Egregij francisci Both de Bayna.*“ — f. 6': „*Anno 1509 . . . Nata est domina Katherina filia domini francisci both.*“ Franciscus Both gener erat Balthasaris Batthyány; genealogiam huius stirpis publicavi (v. infra MKSz 1941). — Samuel Litteráti-Nemes hanc adnotationem adiecit: „*Ezenn Missálét 1489. írta és festette Litteraty Nemes Antal Kőszegenn. Háromszázötvenkét évek után rá akadván megszerzette Litteraty Nemes Sámuel Stíría szélibe egy pár arany pecsétnyomókkal együtt*“ = Missale hoc scripsit 1489. Antonius Litteratus Nobilis in Kőszeg. Post annos 352 in confinibus Styriae detexit et comparavit Samuel Litteráti Nemes . . .

BIBLIOGRAPHIA: Toldy Ferenc, Litteráti Nemes Sámuel s a közel legrégebb magyar naptár, Athenaeum 1841, II. 333—335. — Mátray Gábor, A magyar naptárakról a közelebb lefolyt négy század alatt, Magyar academiái értesítő 1853-ról, Pest 1853, 27—29. — Knauz MSion 1868, 810—812. 881—883. — Dankó, Új MSion 1871, 89. — Csontosi MKSz 1879, 56 s. — Zolnai Gyula, Régi magyar nyelvemlékeink a könyvnyomtatás koráig, Bpest 1894, p. 27. nr. 20. — Idem, A Batthyány-mise-

könyv magyar naptára és lapszéli jegyzetei, MKSz 1895, 106—116. — MI III, 116 s. — Sebestyén Gyula, Batthyány Boldizsár misekönyve: Emlékkönyv Beöthy Zsolt születésének hatvanadik évfordulójára, Bpest 1908, 199—205. — Szendrey J. — Szentiványi Gy., A magyar képzőművészetek Lexikona I. Bpest 1915, 472. — Jakubovich Emil, Adalékok nyelvemlékeink sorozatához, Magyar Nyelv, 1919, 123. — Hoffmann p. 93 s. — Pintér Jenő, Magyar Irodalomtörténet, I. Bpest 1930, 413—417. 719 s. — BCat p. 6. — Radó Polikárp, Batthyány Boldizsár misekönyvének hitelesége, MKSz 1941, 132—149. — RInd nr. 37.

f. 2—7': *Kalendarium lingua Hungarica exaratum*; textum v. apud Zolnai (MKSz 1895, 106—116).

f. 8: vacat.

f. 8'—20': *Ordo missae*. — f. 8': Gloria. — f. 8'—10: *Offertorium*, ut in *Missali Romano*; excepto, quod ante oblationem hostiae legitur: „*Sanctifica quesumus domine hanc oblationem ut nobis unigeniti filij tui d. n. J. Ch.-i corpus et sanguis fiat.*“ — f. 10—13': „*Praeaphatio.*“ (Praefationes.) — f. 13'—14: Credo. — f. 14': Imago canonis depicta. — f. 15—20': Canon. „*Et archiepiscopo nostro . . .*“

f. 20'—21': „*Sequitur missa de B. Virg. Maria per estatem.*“ Adiiciuntur (f. 21'—22): „*De assumptione marie*“ tres orationes.

f. 22—22': „*De scis Colomanno, Stephano, Emerico atque Ladislao.*“ S. Stephanus sec. *Chronicam Ortilonis Campoliliensis* venerator fuit S. Colomanni Mellicensis;¹ missa haec invenitur etiam in *Missali Poseniensi* „I“, v. p. 131.

f. 23—24': „*Hic incipitur missa de tribus regibus*“ (Orientalibus); oratio eadem ac Franz, *Messe* 216, missa autem alia.

f. 24'—28: „*Sequitur missa de lancea domini.*“ Gloria cum tropis: „*Gloria in excelsis . . . Laudamus te creatorem. Benedicimus te redemptorem. Adoramus te salvatorem. Glorificamus te premiatorem. Gratias agimus tibi . . . pater omnipotens mediator hominum coram altissimo maiestate. Domine filij unigenite altissime . . . patris ymolatus in cruce agnus innocens a peccatis . . . deprecationem nostram scelera nostra tollens, tolle et orationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris Ex Maria incarnatus miserere nobis diro cuspide laceratus . . . Tu solus dominus ffontem aque et sanguinis tribuens. Tu solus altissimus misericordie (!) tribuens veniam Jesu triste cum sancto spiritu nobis celeste donum tribuens in gloria dei patris. amen.*“

f. 28—30: „*Sequitur missa de spinea corona domini.*“

f. 30—32: „*Sequitur missa de quinque ulneribus.*“ Eadem missa ac in codice Salem. (Heidelberg.) VII, 93, f. 13—16; apud Franz, *Messe* 158.

f. 32—34: Missa de S. Raphaelae. Commendatio missae: „*Nota quod si quis de sancto Raphaelae legit hanc missam, vel in honore eius de suis laboribus bona accommodaverit vel pauperibus elemosinam dederit vel ipsum in patronum receperit et semper in suis orationibus ipsum habuerit, tunc per intercessionem eiusdem Sancti Raphaelae liberabitur ab omnibus necessitatibus suis, videlicet de egritudine, de paupertate, de omni angustia et tribulatione, de potestate inimicorum suorum, de ira dominorum suorum, seu dominarum quantumque pecierit, adeo statim impetrabit, et lucrabitur in extremis suis, dyabolus non dominabitur ei, sed s. Raphael erit ei in refugium.*“

f. 34'—36: „*Missa de XXIV senioribus.*“ Seniores visionis apocalypticae S. Joannis (Apoc. 4, 4. 10) inde a saec. XIV. multum venerati (Franz, *Messe* 172—177) praesertim in Styria et Carinthia Austriae missam habuerunt, ut

¹ A. F. Gombos, *Catalogus fontium historiae hungaricae* III. Bpest 1938, 1755.

ostendit Xystus Schier.¹ Textus missae revera idem est ac inveniri potest in missali manu scripto aliquo (saec. XIV.) Styriae.² Commendatio missae in codice nostro haec est: „*Nota quod ista sequens missa legitur de 24 senioribus si quis eam fecerit celebrare per quatuor XX dominicas, liberabitur a pena et culpa et ista constitutio facta est a summo pontifice Benedicto anno domini MCCCXXXVIII.*“

f. 36^v—42: „*Missae de sancta Sophia.*“ Textus missae idem, ac in Missali O. Cist. Styriae (saec. XV.)³ — Commendatio, rubricae et praefatio autem non reperiuntur alibi. — Commendatio missae (f. 36^v): „*Missae quam s. Leo papa composuit et cantavit, quando cecatus est a romanis . . . impetrabit.*⁴ *Intelligendum est autem, quod si fuerit pro preda vel furtu tunc dicuntur hy versiculi: Judica Domine nocentes me . . . Si autem fuerit pro aliqua alia necessitate, tunc hij versiculi: Exaudi me domine.*“ — f. 39^v de offertorio: „*Hic offerentur septem panes et tot denarij et auctor iterum redeat ad locum suum et stans ualde devote dicat predictos uersus.*“ — f. 41: Praefatio: „*Qui in sanctorum tuorum numero beatam sociasti Sophiam viduam nec non tibi ydoneam in adiutorium supplicantis populi concessisti, cuius ergo nunc merita propterea prout poscimus, interea precibus veneramus, ut eam in celo pro nobis intercedere senciamus, per quem maiestatem . . .*“ — f. 41: „*Hic ad sanctus prosternat se ad modum crucis humiliter et devote, quantum humilis potest et pro angustia et tribulacione sua dicat hunc ps. Miserere.*“ — f. 41: Ad postcommuniones haec rubrica: „*Prius incendisti ad quamlibet collectam unam candelam, ita et nunc ad quamlibet postcommunionem extingue unam et dic unum pater noster et similiter istos versus: Judica domine . . . Exaudi . . .*“

f. 42^v—61^v: Series missarum tredecim. Commendatio missarum: „*Ego Silvester Romanorum pontifex notifico omnibus xpianis et xpifidelibus reuellacionem (!) d. n. J. Ch. Reuellatum est michi quicumque infrascriptas missas celebraverit, vel celebrare fecerit, inter alias obtinebit a deo virtutes magnas, primo si fuerit in aliqua tribulacione positus, liberabitur procul dubio. Secundo si fuerit sterilis vir aut mulier proles habebunt. Tercio si fuerit in aliqua tristitia liberabitur. Quarto, quod a multis falsis et etiam aduersitatibus liberabitur. Quinto si fuerit in periculo mundi aut maris, exaudietur clamor eius. Sexto obitum suum ante tridecim (!) diebus resciet (!) et regnum dei oculis corporalibus videbit. Septimo, quod subitanea morte non moritur. Octauo quod sine vnccione et confessione extrema et corporis cristi porreptione (!) non decedet, nec moritur. Nota, quod celebrans seu celebrator debet esse sine peccato mortale (!)*“ Series missarum autem haec est: (1) „*Missae de epiphania domini.*“ (f. 43) — (2) „*Sequitur missa secunda*“ (f. 45. de natiuitate domini). — (3) „*Sequitur missa tertia de natiuitate domini*“ (f. 47.) — (4) „*De annunciacione Rorate*“ (f. 49^v). — (5) „*De angelis missa sicut de s. Raphaelae per totum.*“ (f. 51) — (6) „*Sequitur Missa de Apostolis.*“ (51^v) — (7) „*De s. Trinitate sequitur missa.*“ (f. 53) — (8) „*De corpore cristi.*“ (f. 54) — (9) „*Sequitur Missa de sancto spiritu.*“ (f. 55^v) — (10) „*Missae decima de s. Johanne.*“ (f. 57^v) — (11) „*Pro defunctis missa.*“ (f. 58^v) — (12) „*Sequitur iam missa duodecima de passione*

¹ De erroneo cultu XXIV seniorum in superiori Styria et Carinthia sub a. 1420 una cum eorum liturgia, opus manuscriptum Vindobonae in bibliotheca Augustinianorum; cf. C. Würzbach, Biographisches Lexicon d. Kaiserthums Oesterreich 29. Wien 1875, 282.

² Graz, Bibl. Universitatis nr. 281. f. 195^v, v. J. Köck, Handschriftliche Missalien in Steiermark, Graz-Wien 1916, 28—29.

³ J. Köck l. supra cit. p. 142—146; agitur de codice nr. 1534. Universitatis Graz, f. 349^v.

⁴ Hucusque sicut in manu scripto Plagensi CPLg 161. f. 108^v saec. XIV. Franz, Messe 280; cetera propria.

domini Humiliauit, supra require in loco suo.“ (f. 60) — (13) „Missa XIII. de martiribus.“ (f. 60.)

f. 61'—64': „Item contra febres (!) et alias infirmitates. Item contra caducum morbum celebrantur tres misse de sancta trinitate, continuis diebus et infirmus audiat et in fine missarum legantur evangelia scilicet in principio. Maria Magdalene. Recumbentibus. Si quis diligit me. Erat Jhus eiiciens demonium. Item debent esse septem candelae paruae, in quibus scribantur septem nomina dierum et scribatur euangelium ductus est jhus super tabulam et post terciam missam de tabula lauatur euangelium cum aqua benedicta et infirmus bibat ipsam locionem et recipiat unam candelam de VII candelis et qualiter super ipsam candelam scriptus uenerit, illum diem usque ad finem uite sue ieiunet. Si dies dominicus euenerit, pro ipsa feriam sextam ieiunabit.“

f. 64'—66: „Missa pro peccatis.“ — f. 66—66': „Sequitur pro pace oratio.“ — f. 66': „Pro pluuia.“

f. 66'—67: „Sequitur de sancto Joseph“ (propheta), eadem orationes ac iam in codice „F“ p. 166.

f. 67—67': „Pro serenitate.“ — f. 67'—68: „Sequitur suffragia (!) pro iter agentibus.“ — f. 68: „Sequitur oratio communis pro defunctis.“

f. 68'—70: Missa contra mortalitatem. Commendatio missae: „Nota missa contra mortalitatem et pestilenciam, quam sanctissimus pater dominus clemens sextus instituit in consistorio et collegio sancto cum cardinalibus et magistrantibus (!) suis, concessit omnibus dictam missam legentibus, seu studentibus seu audientibus CCLXX dies indulgentiarum.“

f. 69'—72: „In honore sancti Sigismundi regis pro febricitantibus legantur hec euangelia super caput eius.“ Missa de s. Trinitate. — Evangelia: „Maria Magdalene. — Recumbentibus. — Si quis diligit me. — Erat quidam regulus . . . — Cum introisset Jesus Capharnaum . . . centurio . . . — Surgens Jhus de sinagoga . . . socrus Petri . . .“

f. 72: Colophonium; v. supra p. 169. Idem scriptor Antonius de Fanch continuauit libellum:

f. 72'—78': Missae de B. Maria Virgine; f. 72' de conceptione; f. 75: de nativitate; f. 75': de purificatione; f. 77': de assumptione B. M. V.

f. 79—89': Supplementa per octo manus scripta: f. 79—80: „Missa de s. Catharina tempore belli. De sancto Michaele archangelo.“ — f. 80': „generalis pro vineis.“ — f. 81—81': De B. Virgine. „Oratio de quatuordecim auxiliatoribus.“ — f. 81'—83: Collectae et communi sanctorum. — f. 83—84: Collectae pro infirmis. — „Missa de angelis specialibus.“ — f. 84'—86: Ps. 50. (textus). — f. 85'—88: „Sequitur benedictio Thuris, Auri et mirre. In festo Epiphaniarum domini.“ — f. 88'—89': „Missa s. Nicolai de Tulentino glorioso ordinis heremitarum sancti Augustini.“

48. MISSALE ECCLESIAE CATHEDRALIS PRAGENSIS EX ANNO 1492.

(Bibl. Urbana Somogyiana Szegedini c. l. 1.)

Membranaceum — ff 245 — 36.2 × 26 cm. — a. D. 1492 — scriptura semicursiva Gothica — compactum assibus holoserico rubro tectis, munitum lamellis aereis deauratis et umbilico arte renascenti operato, Jesum cum discipulis Emmautanis representante; tegumento posteriore umbilico monstrantiam cum spica et uuis representante — notae musicae 4 linearum — initiales rubrae, caeruleae, deauratae; 18 figurales.

POSSESSOR: Olim canonicus Strigoniensis Carolus Somogyi († 1888), qui bibliothecam a se collectam plus quam 42000 tomos complectentem 1883 civitati Szeged donavit.

PROVENIENTIA: Primo intuitu videtur origo Bohemica huius missalis: hanc demonstrant festa: 4. Mart. Transl. s. wenceslai (rubro) — 23. (!) Apr. adalberti mr. Georgii. (rubro) — 8. Mai. Stanislai epi. et mr. — 15. Jun. Viti, Modesti et Crescentie (rubro) — 4. Jul. Procopij cf. (rubro) — 10. Quinque fratrum — 16. Sept. Passio s. Ludmille — 28. Wencezlai (rubro) — 15. Oct. Hedwigis. — 12. Quinque fratrum. Ecclesiam cathedralem supponit liber, nam in rubricis agitur de praelato et canonicis, e. gr. f. 78: „... interim canonici vestiuntur cappis... choro respondente eundem versum prelato incipiente cum genuflexione“; f. 98: „Tunc prelatus salutatur crucifixum“; f. 124: „Prelatus incipit alleluia, precentores Confitemini.“ Cathedralem hanc Pragensis esse, pro certo haberi debet, nam S. Vitus, patronus ecclesiae, quatuor formulas missarum habet (f. 235—236.) Huic convenit indoles nitida libri.

BIBLIOGRAPHIA: Móra Ferenc, A Városi Múzeum és a Somogyi Könyvtár, in Kiss Ferenc, Szeged, Budapest 1927, 299.

f. 1—6': Kalendarium.

Jan. (2) Oct. S. Stephani. — (3) Oct. S. Johannis. — (4) Oct. S. Innocentium. — (7) Valentini. — (8) Erhardi epi. — (9) Juliani mr. — (10) Pauli primi heremite. — (11) Georgii epi. — (12) Johannis pp. — (15) Mauri abbatis. — (17) Antonii abbatis. — (24) Thimothei apli. — (26) Policarpi. presb. — (27) Johannis Crisostomi. — (29) Valerij eppi. et cf. — (30) Aldegundis v. — (31) Saturnini et thusi mr.

Febr. (1) Brigide v. — (f. 211'): De sco Ignacio mr. et pont. — (3) Blasii epi. et mr. — (6) Dorothee v. — (8) Dionysii mr. — (9) Appollonie v. — (10) Scholastice v. — (11) Desiderij eppi. — (12) Eulalie v. — (19) Sabini eppi et mr. — (20) Eustachii eppi. et cf. — (23) Vigilia. — (24) Mathie apli. — (25) Victorini et Victoris mr. — (26) Alexandri eppi. et cf. — (27) Juliani et Fortunati mr. — (28) Romani abb.

Mart. (1) Donati eppi. — (2) Simplicii pp. — (3) Marini militis. — (4) Translacio s. wenceslai. — (5) Foce mr. — (7) (f. 218'): De scto Thoma de aquino. — (8) Poncii mr. — (9) XL mr. — (10) Alexandri et Gaij mr. — (11) In armenia XL mr. — (13) Macedonii presb. — (16) Ciriaci. — (17) Gerdrudis v. — (19) Joseph nutritoris domini. — (21) Benedicti abb. — (22) Paulini et iusti eppor. — (23) Albani mr. — (26) Castuli mr. — (27) Resurrectio domini. — (28) Prisci et alexandri (!) mr. — (29) Eustachii epi. et cf. — (30) Quirini mr. — (31) Reguli eppi. et cf.

Apr. (1) Nicetii eppi. — (2) Marie egipciace. — (3) Pheodosie (!) v. — (4) Amprosii eppi. — (6) Celestini pp. — (20) Victoris mr. — (21) Fortunati et soc. eius. — (22) Gaii pp. — (23) Adalberti eppi. et mr. Georgij mr. — (25) Marci ew. — (30) Quirini epi. — (f. 225'): Oct. s. adalberti.

Mai. (1) (f. 226'): Sigismundi regis. — (4) Floriani mr. — (5) Gothardi eppi. — (7) Juvenalis mr. — (8) Stanislai eppi. et mr. — (9) Thymothei mr. — (f. 231): Translacio s. Nicolai. — (19) Potenciane v. — (21) Helene regine. — (23) Desiderij epi. — (26) Prisci mr. — (27) Julij eppi. et cf. — (28) Brigitte vidue. — (30) Felicis pp. et mr. — (31) Cantij et Cantiani mr.

Jun. (3) Erasmi mr. — (5) Bonifacii mr. — (6) Vincencij mr. — (7) Luciani mr. — (8) Medardi epi. — (11) Barnabe apli. — (13) Anthonij abbatia (!) — (14) Vigilia S. Viti (f. 235) — (15) Viti, Modesti et Crescentie mr. — (16) Quirini et Julitte mr. — (21) Albani mr. — (22) Decem milium militum.

Jul. (1) (f. 243^v): Vigilia visitacionis Marie. — (2) Visitacio S. Marie. — (4) Procopij cf. — (7) Willibaldi cf. — (8) Kyliani et soc. eius. — (9) Zenonis mr. — (10) Quinque fratrum. — (11) Translacio s. Benedicti — (13) Margarete v. — (15) Diuisio apolorum. — (17) Alexij cf. — (18) Arnolphi eppi et mr. — (21) Praxedis v. — (22) Marie Magdalene. — (23) Apollinaris. — (24) Cristine v. — Vigilia. — (26) Pastoris cf. — (28) Pantaleonis mr. — (31) Germani eppi. et cf.

Aug. (3) Inuencio s. Stephani. — (4) Justini cf. — (5) Marie niuis. — Osvaldi regis et mr. — (9) Romani mr. — (20) Bernhardi abbatis. — (22) Oct. assumptionis. — (23) Vigilia. — (30) Paulini epi. et cf.

Sept. (1) Egidij cf. — (2) Anthonij cf. — (4) Prisci mr. — (5) Mauri abb. — (6) Magni mr. — (7) Regine v. — (10) Hilarij pp. — (13) Materni eppi. — (16) Passio s. Ludmille. — (17) Lamperti epi. — (18) Tropini mr. — (19) Januarij mr. — (22) Mauricij et soc. eius. — (23) Tecele v. — (24) Concepcio s. Johannis Bapt. — (25) Firmani eppi. — (26) Justine v. — (28) Wencezlai mr.

Oct. (1) Remigij et soc. eius. — (2) Leodegarij eppi. — (3) Duorum ewaldorum. — (5) Marcij pp. — (6) Demetrij mr. — (8) Euticij mr. — (9) Dionisi et soc. eius. — (10) Gereonis et soc. eius. — (13) Theophili mr. — (15) Hedwigis. — (16) Galli cf. — (17) Florencij eppi. et mr. — (19) Pelagie v. — (20) Caprasij mr. — (21) XI milia virginum. — (22) Seueri eppi. — (23) Seuerini eppi. — (25) Crispini et Crispiniani mr. — (26) Desiderij eppi. — (29) Narcissi eppi. — (30) Serapionis mr. — (31) Quintini mr.

Nov. (1) Omnium sanctorum. — (2) Commemoracio animarum. — (3) Marciani et Floriani mr. — (4) Vitalis et Agricole. — (6) Leonardi abb. — (10) Translacio s. Ludmille. — (12) Quinque fratrum. — (13) Briccij eppi. — (15) Felicis et soc. eius. — (16) Othmari abb. — (17) Floriani cf. — (18) Oct. s. Martini. — (19) Elizabet vidue. — (21) Ruffi eppi. — (25) Katherine v. et mr. — (27) Maximi eppi.

Dec. (4) Barbare v. — (6) Nicolai eppi. — (8) Concepcio b. Marie. v. — (17) Lazari mr. — (20) Vigilia. — (29) Thome eppi. et mr.

f. 7—8: Intonationes Kyrie et Gloria in excelsis, cum notis musicis.

f. 8^v: vacat.

f. 9—132^v: „*Dominica prima in aduentu domini.*“ **Proprium de tempore.** — f. 17—20: 4 missae Natiuitatis cum tribus lectionibus, ut in Tab. V. — f. 18^v: post missam I. Natiuitatis rubrica: „*Nota quod presbiter qui hac die celebraturus est omnes tres missas, in prima et in secunda missa non sumat abluciones, sed det eas ministris.*“ — f. 26^v: Post missam vigiliae epiphaniae rubrica: „*Hec missa singulis annis dicitur post sextam, hac die eciam aqua benedicatur post missam et in habitaculis fidelium aspergitur. Ant. Fontes aquarum, in aspersione canitur ibique cum populo iuxta fontem aspergitur. Dein nona dicitur.*“

f. 39—40^v: „*Feria quarta in capite ieiunij.*“ — Post introitum legitur: „*Vespere pulsantur infra missam omnibus diebus ferialibus preter dies dominicos usque ad cenam domini.*“ f. 40^v: post missam: „*Hoc modo dictis complendis item subiungit Oremus. Dyaconus: Inclinate capita vestra deo. Et presbiter dicit super populum oracionem Inclinantes . . . Oracione finita et benedictione data Item presbiter incipit ad vespas: Deus in adiutorium meum in(tende). Hic ordo misse per totam XL-am teneatur ferialibus diebus.*“

f. 92^v: In caena domini post communionem rubrica: „*Hac commemoracione finita dyaconus accipiens calicem de altari et vertens se ad chorum incipit tonaliter ad vespas antiphonam: Calicem salutaris accipiam.*“

f. 97—98': **Adoratio crucis:** „*Interim diaconi ponunt crucem in loco cruci preparato ad quem presbiter accedens, qui oraciones dixit, aufert velamen et intuens eam incipit cum genuflexione: Ecce lignum. ps. Beati immaculati in via . . . post quemlibet versum repetendo: Ecce lignum crucis. Interim prelatus et maiores prostrati dicant tres psalmos penitenciales cum sequente oracione: D. J. Ch-e qui nos per crucis passionem . . . eternam valeam pervenire. In secunda prostracione cantent alios duos psalmos penitenciales cum hac oracione: D. J. Ch-e fili dei vivi gloriosissime conditor mundi . . . tuo sit semper adiutorio consolatus. In tertia prostracione cantant reliquos duos psalmos penitenciales cum hac oracione: D. J. Ch-e vexillum tue crucis adoro . . . eripere digneris saluator mundi. Tunc prelatus salutatur crucifixum et alias reliquias ad hoc ibidem preparatas, quem sequuntur alij clerici et laici, secundum ordinem salutando. Hys finitis incipitur a cantore ant. Dum fabricator mundi . . . Sequitur ymnpus: Crux fidelis . . . Et canitur totus ymnpus post singulos versus Crux fidelis et Dulce lignum mixtim repetatur: Pange lingua gloriosi prelium certaminis.*“ — f. 100': Brevis locatio sepulchri Domini.

f. 101—102: Sabbato sancto prophetiae 4.

f. 110': Fer. Vi. post oct. Paschatis: „*feria VI. De lancea domini.*“

f. 122—123': In vigilia Pentecostes prophetiae 4.

f. 132'—159': **Ordo missae.** — f. 132'—134': „*Hoc ordine preparet se sacerdos ad missam.*“ — f. 134'—136: Missa catechumenorum; offertorium. — f. 136—137': Praefationes. — f. 137'—151': „*Incipiunt prephaciones cum non primo prephacio communis sumatur.*“ = praefationes cum cantu. — f. 152—159': Canon.

f. 160—198: „*Dominica prima post festum scte Trinitatis.*“ = **Proprium de tempore** usque Dom. XXIV.

f. 198'—200': „*In dedicacione ecclesie.*“

f. 200'—244': „*In vigilia scti andree.*“ = **Proprium Sanctorum.** — f. 206: (Inter 16. Jan. „*Marcelli*“ et 17. „*Anthonii*“ legitur): „*In allatione reliquiarum.*“ — f. 225': „*In octava vero scti Adalberti . . . Infra octavam sancti Adalberti ad missam omnia ut in die.*“ — f. 235: „*Vigilia sancti viti non tenetur, quoniam deposita est per venerabilem patrem domnum Arnestum pragensis ecclesie Archieppum eiusdem ecclesie primum. Et hec vigilia sub noto ordine tenebatur ad missam.*“ Sequitur missa vigiliae (= missa I. de s. Vito.) — f. 236: „*Infra octavam s. Viti ad missam*“ (missa III. de s. Vito: „*Clamauerunt iusti . . .*“; missa II. festiva: „*Gaudeamus omnes in domino . . .*“) — f. 236': „*Si festum s. viti feria tertia vel deinceps infra ebdomadam penthecostes occurrerit, ordine subscripto seruiatur ad missam.*“ (missa IV. de s. Vito; partim de Sancto, partim de Spiritu Sancto.) Intr. „*Sancti tui domine benedicent te . . . — Oracio ipsius et de penthecoste sub vno per dominum. Epistola: Sancti per fidem communi de martiribus. Alleluia. V. Vox exultacionis et salutis in thabernaculis iustorum. Alleluia. V. Veni sancte spiritus . . . Prosa de sancto vito, siue de penthecoste, que placet. Evangelium: Nolite arbitrari com. mart. Offertorium: Confitebuntur celi mirabilia tua dne . . . Prephacio de penthecoste. Secreta et complenda ut in die ipsius. Communio: Gaudete iusti in domino . . . Notandum si hoc festum sabbato in vigilia s. trinitatis occurrerit, superiori ordine peragatur, videlicet missa de quatuor temporibus post primam, de s. vito post terciam: Sancti tui domine, ut prenotatum est, teneatur.*“

f. 244': in prosa Visitationis B. M. V. cum verbis: „*clausa templi porta soli,*“ codex mutilatus desinit. — Desunt festa Jul.—Nov. et Commune et reliqua.

f. 245—245': Folium de alio missali evulsum, ubi pars missae de Corpore Christi legitur.

3. LECTONARIA MISSAE.

49. EVANGELISTARIUM SZELEPCHÉNYIANUM SAEC. XI.

(Bibl. Capituli Nitriensis.)

Membranaceum — ff 50 (olim ff 54) — 21 × 29 cm. — saec. XI. — scriptura minuscula Carolingica, una columna — compactum theca argentea deaurata Crucifixum cum B. M. V. et S. Joanne repraesentante, arte Hungarica (s. XIV—XV.) operata — notae neumaticae lineis carentes — litterae initiales rubro, caeruleo et viridi calamo delineatae; aliquae ornamentales.

POSSESSOR: Sec. diploma Visitationis F. X. Fuchs episcopi Nitriensis ex anno 1800 localis traditio Capituli Nitriensis fuit quod evangelistarium hoc ab episcopo suo Georgio Szelepchényi dono datum est eodem Capitulo. Annis 1919—1942 codex erat depositus penes Capitulum Strigoniense, in thesauro ecclesiae cathedralis; ideo codex hic assumptus est in Catalogum nostrum; dein codex Jun. 1942 Capitulo Nitriensi restitutus est.

PROVENIENTIA: Omnino certum est prototypum codicis e parte septentrionali regni Francorum originem ducere. Systema pericoparum in Proprio de tempore hoc demonstrat: cum tribus manuscriptis coaevis concordat: Cum evangelistario Ansfridi Ultraiectensi (s. IX—X), dein abbatae de Süstern (s. IX.) et Egberti Trevirensis (s. X. ex.)¹ — Quoad Sanctorale idem resultat: tantum festa sanctorum apud Francos veneratorum inveniuntur in codice nostro, excepto parvo coetu sanctorum Coloniensium (27. Jul. Pantaleonis — 10. Oct. Gereonis — 21. Oct. undecim milium virginum.) Pars septentrionalis regni Francorum evincitur, si consideremus festa sanctorum, qui saeculo XI. cultum localem habebant: 8. Jun. Medardi, episcopi Novionensis (†545 v. 557) et Gildardi, episcopi Rothomagensis (†511) — 18. Sept. S. Lamberti, sepulti in ecclesia Leodiensi (†705/6) — 16. Oct. „De sco Michaelē“, quod est festum abbatae S. Michaelis „in periculo maris“.

Agi de abbata O. S. Benedicti in Francia demonstratur festis his: 21. Mart. „De sco Benedicto“ — 10. 11. 18. Jul. „De vigilia sci Benedicti — In die sco — De oct. sci Benedicti“ — 4. Dec. „De translatione sci Benedicti“, quod est festum tumulationis seu adventus S. Benedicti in Floriacum a. D. 673; item festis sequentibus: 15. Jan. Mauri — 10. Febr. Scholasticae — 5. Jun. Bonifatii — 2. Oct. Leodegarii, episcopi Augustodunensis (†678), prius autem abbatis S. Maxentii — 16. Oct. Galli, patroni abbatae S. Galli — 24. Oct. Maglorii, super cuius corpus 960 Parisios translatum abbata S. Maglorii fundata est — 7. Nov. Willibrordis, fundatoris abbatae Epternacensis (†739) — 16. Nov. Othmari, qui adiuvante Pippino Minore, rege Francorum, fundavit monasterium S. Galli (†759) — Columbani, fundatoris abbatiarum Luxoviensis et Bobiensis (†615) — 15. Dec. Maximini, fundatoris abbatae Micicensis (†520), inde a saeculo VII. a Benedictinis inhabitatae.

Etsi, uti figura docet, integer codex characterem originis Francicae prae se fert, tamen conicimus eum iam pro Hungaria recenter ad fidem Christi conversa leviter modificatum scriptumque esse. Quae hypothesis commendatur comparatione Sanctoralis huius codicis cum Sanctorali Sacramentarii Boldvensis et S. Margaretae (ms. MR 126. Cathedr. Zagrabiensis scriptum inter 1073—1092) et Codicis Ratoldi Corbeiensis (s. IX.)². — Secundo: In codice nostro legitur festum S. Adalberti ante festum s. Georgii: ergo ut in fere omnibus libris liturgicis Hungariae, ita etiam in codice nostro festum originale s. Georgii cedit locum s. Adalberto. Quod apte explicatur facto consecrationis cathedralis Strigoniensis in honorem martyris episcopi Adalberti, magistri protoregis S. Ste-

¹ S. Beissel, Entstehung der Perikopen des Römischen Messbuches, Freiburg i. B. 1907, 161—162. 165 Anm. 7.

² Cf. meam elucidationem infra citandam p. 397—400.

phani, anno circiter 1000.¹ Influxu s. Adalberti explicari potest festum s. Alexii (17. Jul.), nam Adalbertus erat professus monasterii ss. Alexii et Bonifatii in Urbe et cultum huius sancti, de quo etiam homiliam composuit,² in suo quoque monasterio Brevnoviensi introduxit. Festum s. Venceslai similiter explicatur. — Tertio: in codice nostro festum s. Demetrii evidenter 26. Oct. celebratur, etsi hoc datum festi Orientale sit et toto Occidente 8. Nov. celebretur. In libris liturgicis Hungariae autem, saepissime rubro connotatum, festum hoc semper die 26. Oct. agitur: Palatinus enim regis, nomine Radó, fundavit ante a. 1057 monasterium in honorem s. Demetrii martyris, in confinibus Sirmii, unde martyr dictus oriundus erat et ubi sepultus est, usque post incursionem Gothicam a. 410 corpus eius Thessalonicam translatum fuit. — Verum quidem est, quod primi sancti Hungariae (S. Stephanus, Emericus, Gerardus) non leguntur in codice nostro. Si hypothesis nostra fidem mereatur, tunc hoc eo tantum intelligi potest, quod codex noster ante annum elevationis horum sanctorum: 1083 iam exaratus erat.

BIBLIOGRAPHIA: Episcopatus Nitriensis eiusque praesulum memoria, Posonii 1835, 367. — A magyar történeti ötvösműkiállítás lajstroma, Budapest 1884, 34. — Czobor Béla—Szalay Imre, Magyarország történeti emlékei, I, 161, XXV. tábla. — Pulszky Károly—Radisics Jenő, Az ötvösség remekei, Budapest II, 41—42. — Ráth György, Az Iparművészet 1896-ban. Milleneumi emlékkönyv Budapest 1897, 77. — Hunyady József, A magyar könyvkötés művészete a mohácsi vészig, Budapest 1937, 24. — Radó Polikárp, Hazánk legrégebb liturgikus könyve: A Szelepchényi-kódex, MKSz 1939, 352—412 (Résumé: Le plus ancien livre liturgique de Hongrie: l'évangélaire de l'archevêque Szelepchényi.) — REstz p. 88. — RInd nr. 130. — F. Valjevec, Deutsche Kultureinflüsse im nahen Südosten, München 1940, 443. s. qui gratis asserit codicem nostrum esse testem influxus Germanici in Hungaria. — Berkovits Ilona, A magyar miniaturafestészet kezdetei. Az Árpád-kor, Magyarásgtudomány 1942, 495—499.

f. 1—35': **Proprium de tempore.** — (1) (Dom. Paschatis) Mc 16, 1—7: Maria Magdalene, M. Jacobi et Salome. — (2) „*Feria II.*“ Lc 24, 13—35: Discipuli in Emmaus. — (3) „*Fra III.*“ Lc 24, 36—47: Jesus stetit in medio eorum. — (4) „*Feria IIII.*“ Jo. 21, 1—14: Vado piscari. — (5) „*Feria quinta*“ Jo 20, 11—18: Magdalene ad monumentum. — (6) „*Fra VI.*“ Mt 28, 16—20: Discipuli abierunt in Galileam. — (7) „*Sabbato*“ Jo. 20, 3—9: Petrus et Joannes apud sepulchrum. — (8) „*Domc, prima post resurr.*“ Jo. 20, 19—31: Apparitio Domini, Thomas. — (9) „*Domc II.*“ Jo. 10, 11—16: Pastor bonus. — (10) „*Domc III.*“ Jo. 16, 16—22: Modicum et iam non videbitis me. — (11) „*Domc IIII.*“ Jo. 16, 5—14: Vado ad eum qui mis itme. — (12) „*Domc V.*“ Jo. 16, 23—30: Si quid petieritis patrem. — (13) „*In die ascensionis domini.*“ Mc. 16, 14—20: Ascensio. — (14) „*Domc prima post ascens.*“ Jo. 15, 26—27+16, 1—4. Cum venerit Paraclitus. — (15) „*In vigla pentecosten*“ Jo. 14, 15—21: Si diligitis me. — (16) „*In die sco.*“ Jo. 14, 23—31: Si quis diligit me. — (17) „*Fra II.*“ Jo. 3, 16—21: Nicodemus. — (18) „*Fra III.*“ Jo. 10, 1—10: Qui non intrat per ostium. — (19) „*Fra IIII.*“ Jo. 6, 44—52: Nemo potest venire ad me. — (20) „*Fra V.*“ Lc 9, 1—6: Convocatis Jesus 12 apostolis. — (21) „*Fra sexta.*“ Lc. 5, 17—26: Paralyticus in lecto. — (22) „*Sabbato.*“ Lc. 4, 38—44: Socrus Simonis. — (23) „*De ss. trinitate. Evanglm cum uenerit paraclitus. require retro.*“ Jo. 15, 26. — (24) „*Domc. prima post Pentecosten.*“ Lc. 16, 19—31: Epulo et Lazarus. — (25) „*Domc. II.*“ Lc. 14, 16—24: Caena magna. — (26) „*Domc III.*“ Lc. 15, 1—10: Ovis et drachma perdita. — (27) „*Domc. IIII.*“ Lc. 6, 36—42: Estote misericordes. — (28) Lc. 5, 1—11: Captatio

¹ F. Knauz, Monumenta ecclesiae Strigoniensis, I. Strigonii 1877, 33.

² Migne P. L. 137, 897—900.

piscium miraculosa. — (29) „*Domc. VI.*“ Mt. 5, 20—24: Nisi abundaverit iustitia vestra. — (30) „*Domc. VII.*“ Mc. 8, 1—9: Misereor super turbam. — (31) „*Domc. octava.*“ Mt. 7, 15—21: Falsi prophetae. — (32) „*Domc. VIII.*“ Lc. 16, 1—9: Villicus iniquitatis. — (33) „*Dominica decima.*“ Lc. 19, 41—47: Dominus flevit super civitatem. — (34) „*Domc. XI.*“ Lc. 18, 9—14: Pharisaeus et publicanus. — (35) „*Domc. XII.*“ Mc. 7, 31—37: Surdo-mutus. — (36) Lc. 10, 23—27: Samaritanus. — (37) „*Domc. XIII.*“ Lc. 17, 11—19: Decem leprosi. — (38) „*Domc. XV.*“ Mt. 6, 24—33: Nemo potest duobus dominis. — (39) „*Domc. XVI.*“ Lc. 7, 11—16: Naim. — (40) „*Domc. XVII.*“ Lc. 14, 1—11: Hydropicus. — (41) „*Domc. XVIII.*“ Mt. 22, 34—46: Quid vobis videtur de Christo? — (42) „*Domc. XVIII.*“ Mt. 9, 1—8: Paralyticus in lecto. — (43) „*Domc. XX.*“ Mt. 22, 1—14: Nuptiae regales. — (44) „*Domc. XXI.*“ Jo. 4, 46—53: Filius reguli. — (45) „*Domc. XXII.*“ Mt. 18, 23—35. Rex rationem ponit cum servis. — (46) „*Domc. XXIII.*“ Mt. 22, 15—21: Numisma census. — (47) „*Dominica ante adventum dni.*“ Jo. 6, 5—14: Multiplicatio panum. — (48) „*Domc. I. de adventu dni.*“ Mt. 21, 1—9: Cum appropinquasset. — (49) „*Domc. II.*“ Lc. 21, 25—33: Erunt signa. — (50) „*Domc. III.*“ Mt. 11, 2—10: Joannes in vinculis. — (51) „*Domc. III.*“ Jo. 1, 19—28: Testimonium Joannis. — (52) „*Domc. I. post natale dni.*“ Lc. 2, 33—40: Simeon. — (53) „*Domc. II.*“ Lc. 2, 42—52: Jesus 12 annorum. — (54) „*Domc. III. post natale.*“ Jo. 2, 1—11: Cana Galileae. — (55) „*Domc. III.*“ Mt. 8, 1—13: Ecce leprosus veniens. — (56) „*Domc. V.*“ Mt. 8, 23—27: Motus magnus in mari. — (57) „*Domc. in septuagesima.*“ Mt. 20, 1—16: Operarii in vinea. — (58) „*Domc. in sexagesima.*“ Lc. 8, 4—15: Exiit qui seminat. — (59) „*Domc. in quinquagesima.*“ Lc. 18, 31—43: Praedictio passionis. — (60) „*Domc. in quadragesima.*“ Mt. 4, 1—11: Tentatio Domini. — (61) „*Domc. II. in XL. ma.*“ Mt. 15, 21—28: Chana-naea. — (62) „*Domc. III. in XL. ma.*“ Lc. 11, 14—28: Beelzebub. — (63) „*Domc. III. in XL. ma.*“ Jo. 6, 1—14: Multiplicatio panum prior. — (64) „*Domc. ante palmas.*“ Jo. 8, 46—59: Quis arguet me de peccato. — (65) „*In ramis palmarum. In ill. tpr. Cum adpropinquasset iherosolimis et veniss. Require in prima dominica de adventu domini.*“ — (66) „*Passio dni nri Ihu Xpi scdm Matheum.*“ Mt. 26, 1—27, 66; exciderunt folia textum Mt. 26, 63b—27, 65a continentia. — (67) „*Feria scda.*“ Jo. 12, 1—36: Caena Bethaniae facta; gentiles in templo; clarificatio Jesu. — (68) „*Fra III. Passio dni nri Ihu Xpi scdm Marcum.*“ Mc. 14, 1—15, 46. — (69) „*Fra IIII. Passio dni nri Ihu Xpi scdm Marcum*“ (!) Lc. 22, 1—23, 53. — (70) „*In cena dni.*“ Jo. 13, 1—15: Mandatum. — (71) (Fer. Vi. in Parasceve.) Jo. 18, 1—19, 42. — (72) „*In sabbato sco.*“ Mt. 28, 1—7: Vespere autem sabbati. — (73) „*In vigilia nativitatibus Dni.*“ Mt. 1, 18—21: Cum esset desponsata. — (74) „*In galli cantu.*“ Lc. 2, 1—14: Exiit edictum. — (75) „*In mane.*“ Lc. 2, 15—20: Pastores. — (76) „*In die sco.*“ Jo. 1, 1—14: In principio erat verbum. — (77) „*De sco Stephano.*“ Mt. 23, 34—39: Ecce ego mitto ad vos. — (78) „*De sco Johanne evangl.*“ Jo. 21, 19—24: Sequere me. — (79) „*De scis Innocentibus.*“ Mt. 2, 13—18: Caedes infantium. — (80) „*De s. Silvestro. Vigilare quia nescitis qua hora dns.*“ Mt. 24, 42. — (81) „*De circumcissione dni.*“ Lc. 2, 21: Circumcisio. — (82) „*De vigilia epiphaniae domini.*“ Mt. 2, 19—23: Reversus s. Familiae. — (83) „*In die sco.*“ Mt. 2, 1—12: Magi ab Oriente. — (84) „*De octavis epiphaniae dni.*“ Lc. 3, 21—4, 1a. Baptismus et genealogia Christi. — (85) „*Aliud evangeliam scdm math.*“ Mt. 3, 13—17: Baptismus Domini.

f. 35—45: **Proprium Sanctorum.** Generatim tantum initia pericoparum indicantur in codice, pericopa integra invenitur in Communi. Ut patet, deest etiam indicatio diei, quae uncinis inclusa, a me suppletur. Ut videri possit sy-

stema pericoparum, per exceptionem omnia festa, etiam Gelasiana-Gregoriana recensentur.

Jan. (13) „*De sco Hylario.*“ Mt. 25, 14. — (14) „*De sco Felice.*“ Lc. 10, 16. — (15) „*De sco Mauro.*“ Mc. 13, 33. — (16) „*De sco Marcello.*“ Lc. 12, 1b. — (18) „*De sca Prisca.*“ Mt. 13, 44. — (19) „*De ss. Mario, Martha et al.*“ Mt. 10, 40. — (20) „*De ss. Fabiano et Sebastiano.*“ Lc. 6, 17. — (21) „*De sca Agnete.*“ Mt. 25, 1. — (22) „*De sco Vincentio.*“ Jo. 12, 24. — (25) „*De conversione sci Pauli.*“ Mt. 19, 27—29. — (28) „*De oct. s. Agnetis.*“ Mt. 25, 1.

Febr. (1) „*De sca Brigida.*“ Mt. 13, 44. — (2) „*De purificatione sce Marie.*“ Lc. 2, 22—32. — (3) „*De sco Blasio.*“ Mt. 16, 24. — (5) „*De sca Agatha.*“ Mt. 25, 1. — (10) „*De sca Scolastica.*“ Mt. 13, 44. — (14) „*De sco Valentino.*“ Mt. 16, 24. — (16) „*De sca Juliana.*“ Mt. 25, 1. — (22) „*De cathedra s. Petri.*“ Mt. 16, 1. — (24) „*De sco Mathia aplo.*“ Jo. 15, 12.

Mart. (12) „*De sco Gregorio.*“ Mt. 5, 13. — (21) „*De sco Benedicto.*“ Mt. 11, 25—30. — (25) „*De annuntiatione dnica.*“ Lc. 1, 26—38.

Apr. (4) „*De sco Ambrosio.*“ Lc. 19, 12. — (11) „*De sco Leone.*“ Mt. 5, 13. — (13) „*De sca Eufemia.*“ Mt. 13, 44. — (14) „*De ss. Tiburtio, Valeriano et Max.*“ Jo. 15, 17. — (23) „*De sco Adalberto.*“ Lc. 10, 16. — (24) „*De sco Georgio.*“ Mt. 10, 26. — (25) „*De sco Marco evgl.*“ Lc. 10, 1. — (28) „*De sco Vitale.*“ Jo. 15, 1.

Mai. (1) „*De scis Philippo et Jacobo.*“ Jo. 14, 1—13. — (3) „*De inventione sce crucis.*“ Mt. 13, 44—45. — (6) „*De sco Johanne aplo.*“? — (8) „*De sco Michaelae.*“ Jo. 5, 1—4. — (10) „*De scis Gordiano et Epimacho.*“ Lc. 21, 9. — (12) „*De ss. Nereo, Achilleo atq. Pancratio.*“ Lc. 21, 14. — (19) „*De sca Potentiana.*“ Mt. 25, 1. — (25) „*De sco Urbano.*“ Lc. 19, 12. — (31) „*De sca Petronella.*“ Mt. 13, 44.

Jun. (1) „*De sco Nichomede.*“ Mt. 16, 24. — (2) „*De scis Marcellino et Petro.*“ Mc. 13, 1. — (5) „*De sco Bonifatio.*“ Lc. 19, 12. — (8) „*De ss. Medardo et Gildardo.*“ Lc. 12, 35. — (9) „*De ss. Primo et Feliciano.*“ Mt. 24, 3. — (11) „*De sco Barnaba.*“ Jo. 15, 12. — (12) „*De scis Basilide, Cirino, Nabore et Nazario.*“ Lc. 21, 9. — (15) „*De sco Vito et sociis eius.*“ Mt. 10, 16. — (16) „*De scis Cirico et Julitta.*“ Lc. 21, 14. — (18) „*De sco Marco et Marcelliano.*“ Mt. 10, 16. — (19) „*De ss. Gervasio et Prothasio.*“ Mc. 13, 1. — (23) „*De vigilia sci Johannis Bapt.*“ Lc. 1, 5—17. — (24) „*In mane.*“ Lc. 1, 18—25. — „*In die sco.*“ Lc. 1, 57—68. — (26) „*De scis Johanne et Paulo.*“ Lc. 12, 1. — (28) „*De vigila aporum Petri et Pauli.*“ Jo. 21, 1—19. — (29) „*In die sco.*“ Mt. 16, 13—19. — (30) „*De sco Paulo.*“ Mt. 19, 27.

Jul. (2) „*De ss. Processo et Martiniano.*“ Mt. 24, 3. — (4) „*De translatione s. Martini.*“ Mt. 25, 14. — (6) „*In octavis aporum.*“ Mt. 14, 22—33. — (10) „*De scis VII Frib.*“ Mt. 12, 46—50. — (10) „*De vigilia sci Benedicti.*“ Mt. 11, 25. — (11) „*In die sco.*“ Mt. 5, 14—19. — (13) „*De s. Margareta.*“ Mt. 25, 1. — (17) „*De s. Alexio.*“ Mc. 13, 33. — (18) „*De oct. sci Benedicti.*“ — Mt. 19, 27. — (22) „*De sca Maria Magdalena.*“ Lc. 7, 36—50. — (23) „*De sco Apollinare.*“ Lc. 10, 16. — (24) „*De vigilia sci Jacobi apli.*“ Mt. 20, 20—23. — (25) „*In die sco.*“ Mc. 10, 35—45. — (27) „*De scis septem dormientibus.*“ Jo. 15, 17. — (27) „*De sco Pantaleone.*“ Mt. 10, 26. — (29) „*De ss. Felice, Simplicio, Faustino et B(eatrice).*“ Lc. 21, 14. — (30) „*De ss. Abdone et Sennen.*“

Aug. (1) „*De vinculis sci Petri.*“ Mt. 16, 1. — (2) „*De sco Stephano pp.*“ Lc. 19, 12. — (3) „*De invent. S. Stephani.*“ Mt. 23, 34. — (6) „*De sco Syxto cum sociis suis.*“ Mt. 10, 16. — (6) „*De transfiguratione dni.*“ Mt. 17, 1—9. — (7) „*De sca Afra.*“ Mt. 13, 44. — (7) „*De sco Donato eppto.*“ Mt. 16, 24. — (8) „*De Ciriaco et sociis ei.*“ Lc. 21, 9. — (9) „*De vigila sci Laurenti.*“ Mt. 16, 24. — (10) „*In die sco.*“ Jo. 12, 24—26. — (11) „*De sco Tiburcio.*“ Mt. 10, 34. — (13) „*De*

sco Yppolito et sociis ei.“ Lc. 12, 1. — (14) „*De sco Eusebio.*“ Mt. 24, 42. — (14) „*De vigilia sce Marie.*“ Jo. 19, 25—27. (15) „*In die sco.*“ Lc. 10, 38—42. — (17) „*De octavis sci Laurentii.*“ Jo. 12, 24. — (22) „*De octavis sce Marie.*“ Lc. 10, 38. — (23) „*De vigla sci Bartholomei.*“ Jo. 15, 12. — (24) „*In die sco.*“ Lc. 22, 24—30. — (27) „*De sco Rufo.*“ Lc. 14, 26. — (28) „*De sco Augustino.*“ Mt. 5, 13. — (29) „*In decollatione sci Johannis.*“ Mc. 6, 17—29. — (29) „*Aliud.*“ Mt. 14, 1—12. — (30) „*De scis Felice et Adaucto.*“ Lc. 10, 16.

Sept. (1) „*De sco Prisco.*“ Mt. 10, 34. — (8) „*De nativitate sce Marie.*“ Mt. 1, 1—16. — (8) „*De sco Adriano.*“ Mt. 10, 26. — (9) „*De sco Gorgonio.*“ Mt. 10, 34. — (11) „*De ss. Protho et Jacintho.*“ Mt. 10, 23. — (14) „*De scis Cornelio et Cipriano.*“ Lc. 11, 47—54. — (14) „*De exaltatione sce crucis.*“ Jo. 12, 31—36. — (15) „*De sco Nichomede.*“ Mt. 16, 24. — (16) „*De sca Eufemia.*“ Mt. 13, 44. — (16) „*De scis Lucia et Geminiano.*“ Lc. 21, 14. — (17) „*De sco Lamberto.*“ Lc. 10, 16. — (20) „*De vigilia sci Mathei.*“ Mt. 9, 9—13. — (21) „*In die sco.*“ Lc. 5, 27—32. — (22) „*De sco Mauricio cum sociis eius.*“ Mt. 5, 1. — (24) „*De conceptione sci Johis.*“ Lc. 1, 5. — (26) „*De scis Cipriano et Justina.*“ Mt. 24, 4. — (27) „*De scis Cosma et Damiano.*“ Jo. 15, 17. — (28) „*De sco Wenczelao.*“ Mt. 10, 34. — (29) „*De sco Michaelae.*“ Mt. 18, 1—10. — (30) „*De sco Jeronimo.*“ Mt. 5, 13.

Oct. (1) „*De scis Remigio, Germano et al.*“ Lc. 12, 35. — (2) „*De sco Leodegario.*“ Mt. 16, 24. — (7) „*De scis Sergio et Bacho et al.*“ Mt. 10, 16. — (9) „*De sco Dionisio cum sociis suis.*“ Lc. 6, 17. — (10) „*De sco Gereone cum sociis suis.*“ Mt. 5, 1. — (14) „*De sco Calixto.*“ Lc. 19, 12. — (16) „*De sco Gallo.*“ Mt. 5, 15. — (16) „*De sco Michaelae.*“ Mt. 18, 1. — (18) „*De sco Luca evg.*“ Lc. 10, 1. — (21) „*De ss. virginib. XI. milib.*“ Mt. 25, 1. — (23) „*De sco Severino.*“ Mt. 24, 42. — (24) „*De sco Maglorio.*“ Mc. 13, 33. — (25) „*De ss. Crispino et Crispiniano.*“ Lc. 12, 1. — (26) „*De sco Demetrio.*“ Mt. 10, 26. — (27) „*De vigla Simonis et Jude.*“ Jo. 15, 12. — (28) „*In die sco.*“ Jo. 15, 1. — (31) „*De vigla omnium scorum.*“ Lc. 6, 17.

Nov. (1) „*In die sco.*“ Mt. 5, 1. — (2) „*De S. Eustachio cum sociis suis.*“ Mt. 24, 3. — (7) „*De S. Willibrordo.*“ Mt. 5, 15. — (8) „*De scis IIII coronatis.*“ Lc. 21, 9. — (9) „*De sco Theodoro.*“ Mt. 16, 24. — (11) „*De sco Martino.*“ Mt. 25, 14. — (13) „*De sco Briccio.*“ Mt. 24, 42. — (16) „*De sco Othmaro.*“ Mc. 13, 33. — (17) „*De sco Aniano.*“ Lc. 12, 35. — (21) „*De sco Columbano.*“ Mt. 5, 15. — (22) „*De sca Cecilia.*“ Mt. 25, 1. — (23) „*De sco Clemente.*“ Lc. 19, 12. — (24) „*De sco Gresogono.*“ Lc. 14, 26. — (29) „*De vigla sci Andree.*“ Jo. 1, 35—51. — (30) „*In die sco.*“ Mt. 4, 18—22.

Dec. (4) „*De translatione sci Benedicti.*“ Mt. 5, 15. — (6) „*De sco Nicholao.*“ Mt. 25, 14. — (7) „*De sco Ambrosio.*“ Mt. 5, 13. — (11) „*De sco Damaso.*“ — Mc. 13, 33. — (13) „*De sca Lucia.*“ Mt. 25, 1. — (15) „*De sco Maximino.*“ Mt. 24, 42. — (20) „*De vigla s. Thome apli.*“ Jo. 15, 12. — (21) „*In die sco.*“ Jo. 20, 24—29.

f. 46—54': **Commune Sanctorum.** Cum Proprium Sanctorum generatim tantum initia pericoparum indicasset, Commune totum textum pericoparum in Proprio indicatarum exhibet. — f. 46—46': „*In vigilia unius apostoli.*“ Jo. 15, 12—16: Praeceptum dilectionis. — Jo. 15, 1—11: Vitis vera. — Mt. 10, 16—22: Mitto vos sicut oves. — Jo. 15, 17—25: Mando vobis ut diligatis invicem. — f. 146'—148: „*De uno martire.*“ Mt. 10, 34—42: Non veni pacem mittere. — Mt. 10, 26—32: Nihil est opertum quod non reveletur. — Mt. 16, 24—28: Abneget semetipsum. — Lc. 14, 26—33: Et non odit patrem. — Lc. 9, 23—27: Abneget semetipsum. — Lc. 10, 16—20: Qui vos audit me audit. — Lc. 12, 1—8: Fermen-

tum pharisaeorum. — f. 48—50': „*De pluribus martiribus.*“ Mt. 5, 1—12: Octo beatitudines. — Mt. 24, 3—13: Praedictio finis mundi et persecutionum. — Mt. 10, 23—26: Cum persequentur vos in civitate. — Mc. 13, 1—13: Praedictio finis mundi et persecutionum. — Lc. 6, 17—23: Octo beatitudines. — Lc. 21, 9—13: Cum audieritis proelia. — Lc. 21, 14—19: Ponite ergo in cordibus vestris. — Mt. 10, 16: Ecce ego mitto vos. — Lc. 12, 1: Attendite a fermento. — f. 50—50': „*De uno pontifice.*“ Mt. 25, 14—23: Parabola talentorum. — Lc. 19, 12—26: Eadem parabola. — Mt. 24, 42—47: Vigilate quia nescitis. — Mc. 13, 33—37: Videte, vigilate et orate. — f. 50': „*De pluribus pontificibus.*“ Dein exciderunt ff 51—52. — f. 53: (De una virgine.) Mt. 25, 9—12: Fragmentum decem virginum. — Mt. 13, 44—52: Thesaurus absconditus. — f. 53: „*De pluribus virginibus.*“ Mt. 25, 1: Decem virgines. — Mt. 13, 44: Thesaurus absconditus. — f. 53—54: „*In dedicatione ecclesie.*“ Lc. 19, 1—10: Zachaeus. — Lc. 6, 43—48: Arbor fructibus dignoscendus. — Jo. 10, 22—30: Encaenia. — f. 54—54': „*Pro defunctis.*“ Jo. 11, 21—27: Domine si fuisses hic. — Jo. 6, 37—40: Quod dat mihi Pater, ad me veniet. — Jo. 5, 24—29: Amen dico, qui verbum meum audit. — Jo. 5, 21—24: Pater suscitatur mortuos et vivificat.

50. EVANGELIARIUM DIOECESIS LEODIENSIS SAEC. XI.

(*Bibl. Cathedralis Strigoniensis.*)

Membranaceum — ff 165 — 22.3 × 14 cm. — saec. XI. — scriptura minuscula Carolingica, una columna — compactum charta grossa (XVIII. s.) — notae neumaticae lineis carentes — litterae initiales rubro, viridi, gilvo calamo delineatae, aliquae ornamentales.

POSSESSOR: in folio verso codicem antecedente: „*Librum hunc Evangeliorum antiquissimum circa Annum domini Millesimum septuagesimum octavum scriptum et situ macieque pene consumptum renovavit ornavitque in gloriam Dei Reuerendissimus D. Nicolaus Olahus. Archiepiscopus Strigonien. Primas Hungarie Legatus natus etc. Anno domini Millesimo quingen. mo quinquagesimo quarto.*“ Item f. 165: „*Opus Reuerendissimi Domini Nicolai Olahi Archiepiscopi Strigonien. Anno 1554.*“ — Possessor ignotus duplicem renovationem libri adnotavit in folio verso antecedente codicem:

„Renovatus	„Renovatus
1712	A-o 1737
1554	1078
158“	659“

Saeculo XVIII. in Hungaria Superiore, in civitate Újbánya erat codex, ubi a canonico oeconomio Capitulo Strigoniensis emptus est; cf. f. recto antecedente codicem: „*Georgius Richwaldsky C(anonicus) S(trigoniensis) emi Ujbanyae et donavi Capitulo Strigoniensi pro praefectura S. Benedicti A-o 1770.*“ Eodem loco legitur: „*Anno Domini 1806 die 21-a Septembris ab Illustr. Dno Joanne Nep. Arady Eppo Dulcinensi et Praep. S. Georgii ex S. Benedicto allatus atque cum consensu Ven. Capituli E(cclesiae) M(etropolitanae) Strig. eiusdem Bibliothecae catalogo insertus.*“ Inter annos 1770—1806 ergo codex in abbacia a Capitulo Strigoniensi administrata S. Benedicti iuxta Gronn (Garamszentbenedek) erat; ab anno 1806 autem Strigonii.

PROVENIENTIA: Evangeliarium in suo systemate pericoparum etiam ferias complectens procul dubio pro dioecesi Leodiensi concinnatum est. Dioecesis haec in regno septentrionali Francorum civitates Tongern-Ultraiectum et Leodium habuit pro sua sede; et revera in codice nostro omnia festa localia huius regionis

inveniri possunt: 13. Mai. Servatii epi. de Tongern — 3. Sept. Remacli, fundatoris abbatiæ de Staalo, ubi et sepultus est — 10. Sept. Remacli discipulus: S. Theodardus colitur, qui S. Lambertum instruebat, sepultus Leodiæ — 17. Sept. Lamberti episcopi, sepulti similiter Leodiæ — 3. Nov. Huberti, qui sedem diocesis anno 722 Leodiam transtulit, et magistrum suum S. Lambertum ibi recondidit — 23. Oct. Odae viduae, fundatricis ecclesiæ S. Georgii in Amay — 31. Oct. Quintini et Foillani, fundatoris abbatiæ Fosses, sepulti ibidem, qui locus usque 1559 ad diocesim Leodiensem pertinebat — 23. Nov. Trudonis, qui discipulus S. Remacli fuit et sepultus est in monasterio a se fundato (†695 S. Trond) — 13. Nov. Eugenii, archiepiscopi Toletani (†657), cuius corpus 915 translatum est in Brogne, usque 1559 ad diocesim Leodiensem pertinente. Non constat, num hoc venerabile monumentum diocesis in re liturgica optime merita Leodiensis pro abbatiâ aliqua O. S. Benedicti scriptum fuerit, nam etsi festa enumerata huius Ordinis sint, tamen in tota diocesi colebantur; præter illa autem tantum festa 21. Mart. S. Benedicti et 11. Jul. translationis eiusdem inveniuntur. — Aetatem evangelistarii censem in tegumento originali nunc deperdito adnotatam fuisse: Nic. Oláh, archiepiscopus Strigoniensis (1493—1568) secus non affirmasset codicem „circa Annum domini Millesimum septuagesimum octavum“ scriptum esse; character scripturae huic coniecturae non videtur adversari. — Ut hypotheseim statuimus codicem iam a saeculo XI. in Hungaria fuisse et adhibitum ut prototypum in conficiendis libris liturgicis; hoc commendat indoles Francica-septentrionalis primorum librorum liturgicorum Hungariae.

BIBLIOGRAPHIA: Ocs (ovszky) F(erenc), Az esztergomi főegyház könyvtára, Religio 1856, I. félv., p. 28, qui primum nuntium, etsi brevissimum, de codice dedit. — C. Kniewald in MKSz 1939, 440 rem breviter, sed optime dilucidans. — REsz p. 124—129. nr. 14. — RInd nr. 131. — Berkovits Ilona, A magyar miniaturafestészeti kezdetei: Árpád-kor, Magyarságtudomány 1924, 495—496.

f. 1—130': **Proprium de tempore.** Pericopae evangelicae dominicarum, item feriarum Quadragesimae et feriarum IV. VI. et Sabb. Pericopae dominicarum eadem sunt ac in Evangelistario Szelephényiano, v. supra p. 177. s. Exceptiones sequentes notari possunt: f. 6: „Nocte dominice natiuitatis“ liber generationis Jesu Christi sec. Matthaeum. — f. 50': In Dominica Palmarum ingressum Christi sec. Mc. et Jo. legimus. — f. 94: „In octavis pentecosten“ evangelium de Nicodemo (Jo. 3, 1). — f. 94': „Feria II. de s. Trinitate.“ — f. 128—128': Dom. XXIII. post Pent. legitur Jo. 6, 5—14 (multiplicatio panum) et Dom. XXIV. Mt. 22, 15—21 (numisma census), in Evangelistario Szelephényiano ordine inverso. — f. 129': legitur Dom. XXV. post Pentecosten, in Evangelistario Szelephényiano deest.

f. 131—142: **Proprium Sanctorum.** — Festa paucissima, nam codex habet Kalendarium, ubi initia pericoparum e Communi sumendarum adnotantur.

f. 142'—160: **Commune Sanctorum.**

f. 160—162: **Kalendarium,** conferendum, si libet, cum Kalendario codicis Monacensis C. l. m. 13067.¹ i. e. Psalterii sine dubio Leodiensi saec. XI/XII.

Omnes Sanctos, etiam Kalendarii Gelasiani-Gregoriani adducimus, nam codex noster sat multos Sanctos huius Kalendarii omittit. Asterisco notantur festa tantum in Proprio Sanctorum occurrentia.

Dec. (31) Siluestri pp.

Jan. (14) Felicis. — (16) Marcelli pp. — (18) Prisce v. — (20) Fabiani et Sebastiani. — (21) Agnetis v. — (22) Vincencii. — (24) Timothei. — (25)* Conuersio S. Pauli. — Preiecti. — (28) Oct. S. Agnetis.

¹ Editum A. Lechner, Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern, Freiburg i. B. 1891, 207—228; ubi tamen erronee putat, Psalterium hoc monumentum liturgicum ecclesiæ Ratisbonensis esse.

Febr. (1) Ignatii epi. mr. — (2)* Purificatio s. Marie. — (3) Blasii epi. mr. — (5) Agathe v. — (12) Zotici, Herenei et Jac. — (14) Valentini mr. — (24) Mathie apli.

Mart. (12) Gregorii pp. — (21) Benedicti abb.

Apr. (11) Leonis epi. cf. — (14) Tibureii et Valeriani. — (23) Georgii mr. — (25) Marci ev. — (28) Vitalis mr.

Mai. (1)* Philippi et Jacob. — (3) Inuencio s. crucis. — (6) Johannis apli ante portam lat. — (10) Gordiani et Epimachi. — (12) Nerei et Achillei. — (13) Seruatii epi. et cf. — (19) Potenciane mr. — (25) Urbani pp. mr.

Jun. (1) Nicomedis mr. — (2) Marcellini et Petri. — (9) Primi et Feliciani. — (11) Barnabe epli. — (12) Basilidis, Cirini et Naboris. — (14) Basillii epi. et cf. — (15) Viti et soc. — (18) Marci et Marcelliani. — (19) Geruasii et Prothasii. — (23)* Vigilia S. Johannis Bapt. — (24) In mane. — *In die. — (26) Johannis et Pauli. — (28) Leonis pp. — *Vigilia. — (29)* Petri et Pauli. — (30)* Commem. S. Pauli.

Jul. (6)* Octaua apostolorum. — (10) Septem fratrum. — (11) Translatio S. Benedicti. — (21) Praxedis. v. — (23) Apollinaris. — (25) * S. Jacobi apli. — (28) Pantaleonis. — (29) Felicis pp. et mr. — (30) Abdon et Sennes mr.

Aug. (1) Ad uincola s. Petri. — Machabeorum mr. — (2) Stephani pp. mr. — (3) Inuencio s. Stephani. — (6) Sixti pp. — Felicissimi et Agapitis. — (8) Cyriaci, Largi et Smaragdi. — (9) Romani mr. — Vigilia. — (10)* Laurencii mr. — (11) Tibureii. — (13) Ypoliti mr. cum sociis. — (14) Eusebii cf. — *Vigilia. — (15)* Assumptio B. Marie v. — (17) Oct. S. Laurencii. — (18) Agapiti mr. — (22) Oct. S. Marie. — Timothei et Symphoriani. — (23) Vigilia S. Bartholomei. — (24) In die. — (28) Augustini epi. et cf. — Hermetis. — (29)* Decollatio S. Joannis Bapt. — (30) Felicis et Adaucti.

Sept. (1) Egidii abb. — (8)* Natiuitas Marie. — (9) Gorgonii mr. — (2) Remacli epi. cf. — (10) Teoardi mr. — (11) Proti et Jacincti. — (14) *Exaltacio s. Crucis. — Corneli et Cipriani. — (15) Nicomedis mr. — (16) Eufemie mr. — (17) Lamberti epi. et mr. — (20) * Vigilia. — (21) * Mathei apli. — (22) Mauricii et sociorum. — (27) Cosme et Damiani. — (29) * S. Michaelis. — (30) Jheronimi presb.

Oct. (1) Remigii epi. et cf. — Eodem die G(ermani), V(edasti) B(avonis), P(anthonis). — (7) Marci pp. — (9) Dionisii, R(ustici), E(leutherii). — (10) Gereonis et soc. — (14) Calisti pp. et mr. — (18) Luce evang. — (21) XI. mil. virg. — (24) Felicis cum soc. — (23) Ode vidue. — (25) Crispini et Crispiniani. — (27) Vigilia. — (28) Simonis et Jude ap. — (31) Quintini et Foillani. — * Vigilia omnium sanctorum.

Nov. (1) * Omnium sanctorum. — (2) Cesarii, Benigni, Eustachii. — (3) Huberti epi. cf. — (8) IV. coronatorum. — (9) Theodori mr. — (11) Martini ep et cf. — Menne mr. — (13) Briceii epi. cf. — Eugenii epi. mr. — (22) Cecilie v. — (23) Trudonis cf. — (23) Clementis epi. mr. — Felicitatis mr. — (24) Crisogoni. — (29) Saturnini, Chrisanti et D(ariae). — Vigilia. — (30) Andree apli.

Dec. (4) Barbare v. — (7) In octauis S. Andree. — (11) Damasi pp. et cf. — (13) Lucie v. mr. — (21) Thome apli. — (26) Stephani prothomr. — (27) Johannis ev. — (28) Innocentum mr.

Aug. (6) In transfiguratione dni.

f. 162'—165: Exultet, cum notis neumaticis lineis carentibus.

51. LECTIONARIUM MISSAE (FRAGMENTARIUM) ECCLESIAE HUNGARICAE SAEC. XII.

(*Archivum Civitatis Sopron nr. 64. 154. 190.*)

Membranaceum — ff 6 — 31×20 cm. — saec. XII. — scriptura minuscula Carolingica; una columna — excisum e tegumentis librorum manu scriptorum Civitatis Soproniensis: „Raittung mein Jonas Gilligisch der Zeit Camerdiener 1667“ (fragm. nr. 64.); Protocollum iudiciarium anni „1668“ (nr. 154.); „Mödtvischer waissenbuch de anno 1668“ (nr. 190.) — litterae initiales simplices rubrae; 2 ornamentales.

POSSESSOR: Sine dubio aliqua ecclesia Soproniensis; cf. supra dicta de Missali fragmentario 16. p. 97.

PROVENIENTIA: Fragmenta pertinebant ad codicem lectionarii missae, quod continebat epistola et evangelia, etiam feriarum IV. VI. Iam vi supra dictorum merito praesumitur esse originis Hungaricae; sed I. Berkovits, cui photocopiam fragmentorum procuravi, ostendit, initialia omnino stylum illuminatoriae artis Hungaricae saeculi XII. prodere.

BIBLIOGRAPHIA: Berkovits Ilona, A magyar miniatúrafestészet kezdetei, Árpád-kor, Magyarországtudomány 1942, 503.

Fragm. nr. 154. f. (1): (Sabb. post Dom. V. Quadragesimae). Jo. 6, 64—72: — „*Dom. in Palmis. Lectio libri Exodi*“: Ex. 15, 27; 16, 1—10. — f. (1'): „*Lucam*“: Lc. 19, 29—38. — „*Aliud S. Marcum*“: Mc. 11, 1—10. — f. (1'—2'): „*Lectio E. B. P. a. ad Philippenses*“: Phil. 2, 5—11. — „*Passio dni nri i. x. S. matheum*“: Mt. 26, 2—51, ubi mutila desinit.

Fragm. nr. 64. f. (1—1'): „*D(ominica) IIII-a Jacobi apli*“: Jac. 1, 22—27. — „*scdm Johannem*“: Jo. 16, 23—30. — „*In letania Jacobi apli*“: Jac. 5, 16—20. — „*Lucam*“: Lc. 11, 5—13. — f. (1'): „*In uigilia ascens. ad Effesios*“: Eph. 4, 7—13. — „*Johannem*“: Jo. 17, 1—11. — f. (2): „*In die sco l(ectio) act. ap(osto)lorum*“: Act. 1, 1—11. — „*S. Marcum*“: Mc. 16, 14—20. — „*fr. VI. L. act. ap(osto)lorum*“: Act. 4, 32—35. — f. (2'): „*Lucam*“: Lc. 24, 49—53. — „*Dom. post ascens. Petri apli*“: I. Pt. 4, 7—11. — „*Johannem*“: Jo. 15, 26—27+ 16, 1—4. — „*fr. IIII. ad Hebreos*“: Hebr. 2, 9—10, ubi desinit.

Fragm. nr. 190. f. (1): fragm. de Samaritano Lc. 10, 27—37, lectum Dom. XIII. (!) post Pentecosten, cf. sequens fol. 1'. — „*fr. IIII. ad Corinth.*“: II. Cor. 5, 1—11. — f. (1—1'): „*Mathm*“: Mt. 12, 14—21. — „*fr. VI-a ad Thessalonic.*“: I. Thes. 3, 9—13. — „*Lucam*“: Lc. 13, 22—30. — „*XIIII ad Galath.*“: Gal. 5, 16—17. — Deinde lacuna. — f. (2): (fer. IV. quatuor temporum Sept.) Mc. 9, 26—28. — „*lectio Osee prophete*“: Os. 14, 2—10, (fer. VI.) — „*Lucam*“: Lc. 7, 36—50. — f. (2'): „*Sabbato XII Lcc L. libri Levitici*“: Lev. 23, 26—32. — „*Lec. libri Levitici*“: Lev. 23, 39—43. — „*Michee prophete*“: Mich. 7, 14—16.

52. EVANGELISTARIUM (FRAGMENTARIUM) NEOCELLENSE SAEC. XV.

(*Bibl. Cathedralis Strigoniensis.*)

Membranaceum — ff 14 — 32×25 cm. — saec. XV. — scriptura humanistica, una columna — compactum charta grossa (s. XIX.) — litterae initiales rubrae, caeruleae, deauratae; 11 ornamentales; 12 figurales.

POSSESSOR: f. 1: „*Ex cimeliis Sam. Székely de Doba cui in Collegio Neocellensi Canonic. Regular. S. Augustini Congreg. Lateran. Dioecesis Brixinensis in Tyrol d. 24. Martii 1746 per Rev. Casp. Mayer Bibliothecarium d(atum est.)*“ Post saeculum

libellus e possessione celebris bibliophili¹ Samuelis Székely iam in aliam manum venit nam sec. adnotationem folii codicem antecedentis Al. Mérey 1847 libellum Capitulo donavit: „*Mély tisztelettel ajánlja Mérey Sándor. 1847.*“

PROVENIENTIA: Aliquo iure praesumitur libellus originem ducere e supra dicto monasterio canonicorum Lateranensium Neocellensi (Neustift in Tyrolia meridionali), in cuius bibliotheca saeculo XVIII. erat; hoc commendatur tum scriptura humanistica ductum Italicum ostendente, tum miniaturis arte Germanica operatis.

BIBLIOGRAPHIA: Ocs(ovsky) F(erenc), Az esztergomi főegyház könyvtára, Religio 1856, I. félv., 28—29 p. — REszt 129—130. nr. 15. — RInd. nr. 144.

Folia ex oscitantia compactoris perturbata sunt; nunc recto ordine hoc argumentum praebent:

f. 1—1': „*In gallicantu.*“ — „*In primo mane.*“

f. 9—9': (Continuatio evangelii praecedentis.) — „*In die sancto.*“ — „*In die s. Stephani.*“

f. 5—8': (Continuatio evangelii S. Stephani.) — „*Johannis euangeliste.*“ — „*In octava domini.*“ — „*Epyphania.*“ — „*In festo s. Agnetis.*“ — „*Purificacio.*“ — „*De patronis.*“ (Sint lumbi vestri praecincti . . .) — „*Annunciatio S. Marie.*“

f. 10—10': (Continuatio evangelii Annuntiationis.) — „*In consecratione palmarum.*“

f. 2—2': (Continuatio evangelii Dominicae Palmarum.) — „*In cena domini.*“

f. 13—13': (Finis evangelii Caenae domini.) — „*In die s. Pasche.*“ — „*Feria secunda.*“

f. 11—11': (Finis evangelii fer. II. Paschatis.) — „*Fer. III.*“

Post lacunam aliquorum foliorum:

f. 3—4': (Finis evangelii Ascensionis.) — „*In die Penthecost.*“ — „*f(eria) II.*“ — „*F(eria) III.*“ — „*De sca Trinitate.*“

